hình tượng khéu ra mọi sự ở tlaõ blời đất: [h] mà lại có phép vô cùng thì mới được làm việc mlớn làm bệy cho nên. [i] Vì bệy thái kục nó là tính khí chẳng sóũ, [k] chẳng biết đều gì sốt, [l] làm nên blời đất thì chẳng được đâu. [m] dù mà đại minh, khi chẳng có lệy thái cục làm nên thờ, thì lệy mlẽ phải, vì thái cự́c là khi chẳng sóũ chẳng biết đí gì: [n] saõ le có lệy thái cự́c ệy chẳng sóũ, chàng biết đí gì, mà nói làm ra blời đất thì chẳng phải mlẽ đâu. [o] Mà bây giờ cội rễ đâu, và thợ khéo làm nên blời đất cũ muân sự lá [p] ai? [p] truyền đời xưa ràng, có bua Chúa nước khác hỏi cõên tử nao sự ệy: [q] cuên tử thì xin một ngày, lo đã mà thưa: [r] khỏi một ngày, cõên tử ệy, lại xin hai ngày nữa mà lo cho nên: [ſ] qua hai ngày ệy, bua Chúa lại đòi, cõên tử thì lại xin bốn ngày: [t] ắt bua

Rex tu verò illudis nobis, inquit, ac tergiuerſaris, terminum ea ratione iterum atque iterum prorogando, nec ad interrogata reſpondendo? u *at philoſophus:* u *abſit, inquit, vt ego Regi audeam illudere,* x *ſed potius quia reſpondere ad hoc* x *ita arduum mihi videtur,* y *vt quantò magis cogito, tantò amplius mihi cogitandum ſupereſſe intelligam* z *atque ideò prolixiorem etiam terminum exigo;* a *ac ſi mare immenſum intuens, quò longius quis à litore diſcedit, tantò magis immenſitatem maris intuetur,* b *hæc philoſophus ille* c *nondum Chriſtianus at nos Dei auxilio freti, aliquid de ipſo dicemus, qui eſt verus cæli & terræ, atque rerum creatarum opifex, ac ſupremus Dominus.* d *Primò dari Deum ſupponimus tanquam lumine ipſo naturæ certum* e *nam ſine ipſo creatore ac Domino, qui ſit omnium prima cauſa & fontalis origo,* f *nihil omninò eſſe poſſet in rerum natura.* g *Supponimus ſecundò*

Ngày thứ hai

Chúa ràng, mầy giễu ta, mà chẳng khứng thua, ru, ſao xin đi xin lại làm bệy, chẳng thưa đều ta hỏi? u khi ấy cốên tử ràng, nào tôi dễám giễu x đua Chúa đâu. x ſaõ le vì tôi lấy làm khó thưa y đấy làm đấy, y mà càng lo ſự ấy, thì càng thấy hay còn mà lo hơn nữa: z vì đệy tôy càng xin đều ngày mà lo hơn, a nữa: a như thế khi thấy biển cả, càng khói bải thì càng thấy biển rạõ rải b nữa. b cốên tử ấy chưa có đạo, mà thưa đệy: c ſaõ le chúng toi cậy đức Chúa blời giúp ſức cho, mà mới dễam nói ſự Chúa cả là đức thợ cả làm nên blời đất, cử mọi ſự bệy.

d đầu hết thì phải hay, tlaõ làõ người ta có mlẽ ràng, thạt có Chúa blời: c ví bàng chẳng có ai lám cân nguền mọi ſự, f thì cả và thế giải nầy g cử chẳng có gì lốt. g ſau

eſſe

eſſe tria rerum omnium creatarum genera, [h] *nam quædam ſunt merè materialia & corporalia quæ nihil ſpirituale admixtum habent,* [i] *& hæc ſunt corruptibilia quę ſicuti habent principium, ſic & habitura ſunt finem,* [k] *& hæc ſunt cælum, terra* [l] *ac elementa omnia, & mixta ex illis,* [l] *vt arbores, plantæ, animalia omnia, ſiue in terra, ſiue in aëre ſiue in aqua,* [m] *cum omnibus alijs rebus inſenſibilibus & inanimatis,* [n] *& hoc eſt rerum creatarum genus infimum, quod ſicut habuit principium, ſic & habiturum eſt finem:* [o] *alterum genus eſt naturæ cuiuſdam ſpritualis creatæ, quæ ſicuti nihil de materia, vel corpore habet admixtum,* [p] *ſic eſt ex natura ſua ſublime atque intelligens, & minimè corruptioni obnoxium;* [q] *ſed quamuis habuerit principium in ſuo eſſe, nunquam tamen habiturum eſt finë, ſed in æuum ſine fine durationem habebit,* [r] *tales ſunt nouem cæleſtium ſpi-*

nữa thì phảy hay, tlaõ ſự đức Chúa blòi ſinh ra, thì có ba đứng: [h] vì chưng có đứng đưới những xác, có bóc, mà chẳng có linh thieng gì tlaõ mình bói, [i] mà nhưng ſự ấy, và có ngày đầu, và có ngày hết, [k] như blòi cũ đất, nước, gió, lửa, và mọi vật, bởi bốn ſự ấy mà ra, [l] như thể cây cối, muâng chim cũ chúng ſinh, hay là ở tlên đất, hay là tlên gió rống, hay là tlaõ nước, [m] cũ các kì ự chẳng hay cãóc biết, cũ chẳng ſóũ, [n] ấy là thế giái là lõài dưới, có ngày ſinh, cũ có ngày hết, [o] lại có lõài tlên, là tính thiêng liêng, chẳng có bóc, chẳng có xác, [p] là tính cao ſáng, chẳng có phải hư mòn khi nào: [q] dù mà có khi ſinh, ſaõ lechẳng có khi naò hết: mà hàng có bậy vô cũ. [r] lõài ấy là chín đứng thien thàng, có nhêu

rituum chori, qui ſunt penè innumerabiles [f] *ciuitatis cæleſtis ciues, quos creaturis corporalibus præfecit Deus,* [t] *vt præſto ſint volũtati Dei in omnibus exequendæ,* [u] *intellectu enim præſtantiſſimo ſunt præditi, & voluntate libera,* [x] *vt Deo Domino perfectè ſubijcientes ſe, beatitudinẽ æternã adipiſci poſſent* [y] *ſed de puris his ſpiritibus abſque vlla corporis contagione perfectis* [z] *iterum erit agendum.* [a] *Tertium denique rerum genus eſt, ex corpore & ſpiritu compoſitum,* [b] *ideſt homo, qui quoad corpus eſt corruptibilis & mortalis,* [c] *quoad ſpiritum verò, qui eſt anima rationalis, eſt incorruptibilis & immortalis,* [d] *habens quidem principium, ſed non habens finem.* [e] *hæc ſunt tria rerum à Deo creatarum genera, è quibus tanquam gradibus* [f] *ad ipſarum Creatorem, ac ſupremum Dominum debemus aſcendere,* [g] *illiuſque attributa infinitæ prorſus perfectionis in creaturis tanquam in ſpeculo perſcrutari.*

Ngày thứ hai

[f] chẳng hay bề xiết, [f] những cõên ở tlên thiên đàng, đức Chúa blời phú cho, mà trị mọi lõài có [t] xác [t] bệy thì theo í đức [u] Chúa blời mà chớ, [u] có trí hay biết ſáng láng, [x] cũ có chúa í, [x] mà bưng phép đức Chúa blời, cho [y] được chui bề vô cũ. [y] ſaõ le ſự thiên thần ẽy chẳng có hình tượng [z] nào, mà trạõ làm bệy, [z] đến ſau thì lại phải giáng. [a] [a] Lõài thứ ba là đứng và có xác, và có linh thiêng [b] làm một, [b] ẽy là người ta có xác, thì hay nát hay [c] chết: [c] có linh thiêng là linh hồn, chẳng hay nát, [d] chẳng hay chết [d] thạt có đầu ſinh, mà chẳng có [e] chết. [e] ẽy là bà lõài, đức Chúa blời làm ra, cho ta [f] dũ như bức thang, [f] mà lên cho đến đức Chúa blời ſinh ra mọi lõài ẽy, [g] [g] lại ſuy mlẽ tlaõ lõài ẽy, như tlaõ gương, cho đến biết ſự đức Chúa blời những ſự vô cũ bệy.

[h] *Quam-*

h *Quamuis enim ſupremus* h
ille cæli Dominus i *in his* i
tribus gradibus minimè in-
cludatur, k *ſed ſit omni-* k
bus illis infinitè perfectior:
l *ex primo tamen illo, ſeu* l
infimo gradu in quo res me-
re corporeæ omnes includũ-
tur m *vt cælum, terra, ac* m
cætera omnia corruptibi-
lia, n *optimè colligimus* n
dari illarum Creatorem
omnipotentem o *qui per po-* o
tentiam quam habet infi-
nitam, p *ex nihilo adeò* p
præclaram mundi machi-
nam perfecerit ipſe ſolus,
abſque vllius adiutorio. q q
huius potentiæ infinitæ ſi
Regum omnium huius mũ-
di r *tam præteritorum*, r
quàm præſentium, ac futu-
rorum potentia compare-
tur, impotentia potius di-
ceuda eſt. s *Quis enim vn-* s
quam Rex huius mundi
quamuis potentiſſimus t *po-* t
tuit vel domunculam ex
nihilo fabricare? u *quin* u
potius ad quodlibet quam-
uis exiguum ædificium in-
cipiẽdum, priùs debet para-
re illa, quæ ſunt neceſſaria

h h Vì chưng dầu mà đức
i Chúa blời cao trạo i chẳng
k phải về ba lỏài ấy, k mà
khỏi moi sự ba lỏài ấy
l vô cữ: l sao le bói lỏài
thứ nhít là lỏài những
m xác, m như thể blời đất,
n cữ các kì sự hay nát, n
ta suy mlẽ đươc, làm
bấy. thạt có ai làm nên
o mọi sự ấy, o mà có phép
tác vô cữ, thì mới lấy
p đươc khoữ, p mà hỏa
ra thế giái nầy mlớn
thế ấy một mềnh, chẳng
q có dữ ai giúg cho. q ví
bàng ta lấy một phép
nầy vô cữ, mà ta ví cữ
phép các đua Chúa thế
r gian nầy: r dù mà lấy
hết đua Chúa, từ xưa
cho đến hết thế, mọi
phép ấy, ví cữ phép dức
Chúa blời, thạt là ra
khoữ, chẳng phải phép
đâu. s vì chứng nào có
đua Chúa nào, dù mà cả
t mlớn, t mà lấy khoữ
làm đươc nhà gì, dù mà
u nhỏ chít ru? u mà lại
cho đươc làm nên nhà
gì, đầu hết thì phải sám
sửa mọi vật, mà làm nhà

at tale ædificium, [x] *quæ niſi præſupponantur, nihil vnquam facere poterit.* [y] *At verò ſupremus cæli terræque Dominus* [z] *ex nulla omninò præexiſtente materia, omnia hæc viſibilia condidit, quia nihil omninò eſſe potuit, quin ab illo tanquam à prima Cauſa totum ſuum eſſe habuerit.* [a] *oportet ergo vt prima hæc cauſa infinitam in ſe perfectionem habeat, atque infinitam eſſentiam,* [b] *cui ſcilicet conueniat potentia infinita* [c] *vtpote quæ ex nihilo omnia condidit* [d] *Atque hæc potentia infinita ex eo etiam patet, quod in creatione totius mundi nullius adiutorio eguerit:* [e] *At alij potentiſſimi quilibet, vt aliquod magnum palatium aggrediantur,* [f] *non ſolum egent præexiſtente materia* [g] *ſed etiam multorum opèrariorum adiutorio* [h] *ſine quibus opus ſuum minimè poſſunt in lucem edere:* [i] *vt peritiſſimus quiuis architectus, qui eximium ali-*

Ngày thứ hai

[x] ếy, [x] nếu chẳng có ſám ſửa, thì chẳng có làm [y] đươc đi gì đầu. [y] ſaõ le đức Chúa blòi đết là phép nhít, mà chẳng có dử đí gì cho đươc làm [z] nên mọi ſư ta xem, [z] vì chưng tlaõ mọi lỏài chẳng có đí gì, mà chẳng bởi đưc Chúa blòi, là côi rễ đau, ſự nào làm [a] ra thì mới có. [a] (bệy thì cội rễ đầu mọi ſự, thạt là tính thiêng liêng [b] vô cử, [b] thì mới có phép tác vô cử, bàng tính mình [c] (bệy, [c] mà có phép lếy [d] khoú làm ra mọi ſự. [d] lại ſuy phép đức Chúa blòi là phép vô cử, vì chưng chẳng có dử ai [e] mà làm ra mọi ſự: [e] ſaõ le ai nếy, dù mà có phép cả ở thế này, có dẽon [f] làm các lâu gì mlớn [f] chẳng những là ſám ſửa vật mà làm, [g] lại có kẻ [g] giúp việc, thì mới làm [h] đươc, [h] ví bàng chẳng có ai giúp cho, làm ra việc ếy mlớn chẳng [i] đươc: [i] như thế thợ nào khéo lo tỏan làm

quod

quod palatium cogitat extruere, [k] *quamuis præclaram illius ideam apud ſe ſolus formet, nunquam tamen illud extruere, aut ædificare poterit, niſi adiuuetur à multis operarijs, qui conceptum opus promoueant ad extra.* [m] *At ſolus Deus, ſicuti opus ſuum perfectiſſimè apud ſe concepit;* [n] *ſic ſolus ipſe, abſq; alterius conſortio, totum opus ſuum, totamque mundi machinam condidit, abſque vllo cuiuſcunque adiutorio,* [o] *quod infinitam prorſus potentiam arguit.* [p] *Præterea quilibet quantumuis expeditus architectus,* [q] *ſi præclarum aliquod opus meditatur,* [r] *illud ad perfectionem non niſi longo temporis ſpatio poteſt perducere.* [ſ] *At cæli Dominus, ſupremus huius viſibilis mundi machinæ Architectus, vnico efficaciſſimæ voluntatis ſuæ actu, per ſolum imperium omnia ad perfectionem perduxit,* [t] *dixit enim & facta ſunt omnia, ipſe mandauit & creata ſunt,* [u] *quod procul dubio infinitam arguit in ipſo potentiam*

[k] ra lâu đài mlớn, [k] dù mà đã có hình tượng khéo lâu đài ấy tlaổ lào một mình [l] ſaõ le nếu chẳng có ai giúp việc ấy, mà làm rà bề ngoài, thì làm chẳng được lậu đài ấy đâu. [m] Saõ le một đức Chúa blời có toàn làm việc gì, và có ảnh tượng rứt khéo tlaõ lào mính, [n] lại có phép một mình ra mọi ſự, mà chẳng có dữ ai giúp cho, khi hóá ra cả và thế giái nầy. [o] thạt là bởi đức chúa blời có phép vô cữ mà chớ. [p] mà lại có thợ naó khéo, nhít mạc lào, [q] ví bàng có toàn làm việc gì mlớn thì [r] chẳng lâu ngày, làm chẳng được cho đoạn hết. [ſ] ſaõ le đức Chúa blời la đức thợ cả, làm nên thế giái nầy ta xem, nhưng có í khién một lần, mà hóá nên mọi ſự. [t] vì chưng Chúa blời có nói, mà đã nên, có khíen, mà đã có hết, [u] thạt vì

tentiam & efficacitatem.
x *Denique quilibet architectus poſtquam opus ſuum ad perfectionem perduxit,* y *nihil amplius in illud influit,* z *ſed opus illius permanet, quamuis ipſe architectus poſt abſolutum opus deficiat, & moriatur.*
a *At ſupremus rerum omnium Conditor Deus,* b *ita res creat, vt non minùs ab ipſo pendeant in conſeruari, quandiu durant in ſuo eſſe,* c *quàm penderent in prima ſui creatione;* d *Itaque ſicuti niſi ad primum illam creationem concurreret Deus nunquam haberent eſſe,* e *ſic niſi continuò influeret ad conſeruationem ſtatim ad ſuum nihilum reuerterentur;* f *non minus, imò maltò magis quam pendeat lumen à ſole, non ſolum in prima luminis productione,* g *ſed etiam in perpetua conſeruatione & influxu.* h *Neq; ſolùm ad conſeruationem omnium rerum perpetuò influit Deus,* i *ſed etiam*

đức Chúa blời có phép tác vô cùng, mà hoá nên được làm bậy một chục mà chớ. x sau thì có thợ nao đã làm việc mình đoạn y chảnh còn z có giữ việc ấy đâu, mà dầu thợ làm việc đoạn có chết chẳng còn, a việc thì còn bậy. a sáo le đức Chúa blời, là đức thợ cả, làm nên mọi sự. b b hoá ra làm bậy, có làm nên đi gì đoạn, hãy còn bao lâu, đức Chúa blời c thì còn giữ bấy lâu, c cứ bàng khi đức Chúa blời d làm ra sự ấy đầu hết d ví bậy khi đầu hết, ví bàng đức Chúa blời chảnh có hoá cho, thì nên đi gì e chẳng được: e cứ khi đâu gì hãy còn có, mà đức Chúa blời chẳng giữ cho, thì sự ấy lại về khoũ bậy, mà chẳng còn f có gì sốt: f như thể có sáng bởi mặt blời mà ra, thật là mặt blời có làm sáng, và đầu hết khi ra sáng ấy, g và lại giữ lien khi hãy còn có sang ấy. h h Mà đức Chúa blời chẳng lọ là giữ lien mọi sự, khi hãy còn; i lại giúp i

ad ſingulas omnium omninò rerum actiones, & operationes, ſiue immanentes ſiue tranſeuntes, ita neceſſariò concurrit, [k] *vt ne folium quidem ab arbore decidere poſſit ſine diuino concurſu:* [l] *nam ſicuti potentia Dei infinita omniũ omninò potentiarum creatarum eſt cauſa,* [m] *ita cum omnibus omninò potentijs, cùm ad actum reducuntur, ſic concurrit, vt nulla omninò, ne minimum quidem actum exercere poſſit, niſi ſimul concurrente, & agente ſuprema illa cauſa.* [n] *Atque ita ſupremus hic Dominus rerum omnium Conditor, & Conſeruator Deus,* [o] *cum ſole illuminante illuminat;* [p] *cum igne calefaciente calefacit,* [q] *cum aëre refrigerante refrigerat;* [r] *cum aqua fœcundante terram fœcundat,* [ſ] *cum terra producente aliquid ſimul producit,* [t] *& ſic cum alijs rebus omnibus ita continuò operatur,* [u] *vt ne manum quidem, aut pedem, vel ocu-*

ſức mỗi một ſự khi làm việc gì việc gì, và tlaõ mình, và bề ngõài, [k] mà đức Chúa blòi chẳng giúp cho, dù mà một lá cây chẳng có rụng xuống được một mình, khi đức Chúa blòi chẳng làm ɓối, mà rụng xuống.

[l] vì chưng như phép vô cũ đức Chúa blòi, là cọi rễ đầu mỏi phép, ở tlaõ các kì ſự, đức Chúa blòi ſinh: [m] cũ khi phép naò làm đí gì đí gì, ví bàng chẳng có phép đức Chúa blòi làm ɓối, thì phép ấy làm chẳng được đí gì ſốt. [n] vì ɓệy Chúa cả nầy có làm nên, vá giữ mọi ſự, [o] khi mạt blòi làm ſáng, thì đức Chúa blòi làm cũ: [p] khi lửa làm náõ, thì cũ làm náõ ɓối: [q] khi gió rổũ làm mát, thì làm mát ɓối: [r] khi nước làm cho đất hõá ra, thì cũ làm hõá ra ɓối: [ſ] khi đất ſinh nên của gì, thì cũ ſinh nên ɓối: [t] vì có giúp mọi ſự mà làm mọi việc lien ɓối: [u] ví bàng đức

lum mouere poſſimus, ſine perpetuò illius primæ Cauſæ concurſu; [x] *idque tanta facilitate Deus operatur atque quiete,* [y] *ac ſi nihil omninò ageret;* [z] *idemque eſſet ſi mille alij milliones mundorum eſſent extra cauſas:* [a] *tantaque ſapientia & perfectione ſingula operatur,* [b] *ac ſi vnam tantùm actionem exerceret;* [c] *cùm propè infinitas actiones ſingulis penè momentis operetur.* [d] *Ex quo etiam elucet infinita eius potentia & ſapientia,* [e] *quæ tot, tam varijs & continuis actionibus ad non fatigatur extra nec perturbatur,* [f] *ſed præſtò eſt omnibus rebus ſingulis momentis.* [g] *Atque ex hac infinita primæ cauſæ potentia ſapientiaque infinita, colligitur* [h] *neceſſariò infinita eius Diuinitas & eſſentia infinita* [i] *quæſit quaſi radix (noſtro modo intelligendi) attributorum infinitorum*

Chúa blời chẳng có lien giúp cử: ta đọ tay, đọ chên, đọ con mạt chẳng [x] được sốt: [x] mà đức Chúa blời lấy mọi việc [y] ấy làm dễ, mà chẳng đọ gì tlaõ mệnh, [y] như bằng chẳng có làm việc [z] gì sốt: [z] ví bằng có nghìn ức thế giái khác làm ra, [a] thì cử ấy: [a] mà lại làm khôn, và bọn mỗi một [b] việc ấy, [b] bằng làm một. [c] việc mà thôi: [c] saõ lẽ đức Chúa blời một chọc thì làm việc nọ, việc kia, chẳng hay bề xiet, [d] [d] ấy thì ta hay tó tường, đức Chúa blời thạt có phép, và hay biét vô [e] cử, [e] vì có làm được nhều việc lien, mà chẳng [f] nhạoc, chẳng lộn, [f] dù đã sẵn giúp mọi sự, mà làm mọi việc lien, chẳng [g] khi nào đừng. [g] Ta lại suy mlẽ làm ấy, đức Chúa blời có phép vô cử, lại có hay biét vô cử, [h] [h] thì bởi tính đức Chúa blời thạt là tính thiêng liêng vô cử mà chớ: [i] vì tính đức Chúa blời là [i] cẩn ngõến (ta nói làm ấy) mọi sự vô cử, ở

qua

quæ ſunt in ipſo. [k] *quomodo enim eſſentia finita poſſet habere potentiam & ſapientiam infinitam?*

[l] *Vlterius ex ipſa eſſentia infinita colligitur quoque duratio infinita ſeu æternitas,* [m] *principio ſcilicet atque fine carens:* [n] *infinita enim eſſentia durationẽ quoque requirit proportionatam hoc eſt omninò infinitam,* [o] *tum ex parte ante, quia principio caret, tum ex parte poſt, quia nunquã habitura eſt finem* [p] *Quare antequam cælum, aut terra eſſent, aut aliaquælibet creatura,* [q] *iam ab æterno, hoc eſt infinitis ante ſæculis iam erat Deus, prima illa cauſarũ Cauſa,* [r] *nullius extra ſe omninò egens, ſed in ſeipſa beatiſſima, infinitam ſe ſola continens felicitatem omnem,* [ſ] *quam habuit antequam hic mundus eſſet,* [t] *& haberet perfectiſſimam etiãſi nulla creatura futùra fuiſſet.* [u] *Attamen quia eius bonitas non minus infinita*

[k] tlaõ đức Chúa blời: [k] ví bàng thính đức Chúa blời là tính có cữ, lại có phép, và hay biet vô cữ làm ſao đươc?

[l] Mà đức Chúa blời thạt có thính vô cữ, ta lại ſuy mlẽ, thạt có hàng chệy, [m] mà chẳng có tlước, [n] cữ chẳng có ſau: [o] vì tính vô cữ thạt là phải có hàng ſóũ vô cữ, bàng tính vô cữ chệy: [p] vì chưng tính đức Chúa blời, và bề tlước chẳng có cữ; và bề ſau chẳng hết chẳng hay cữ. [p] Vì chệy khi chưa có blời, chưa có đết, chưa có đí gì sốt, [q] tlước vô cữ đời đời hàng có đức Chúa blời, [r] là cội rễ đầu mọi ſự, [r] chẳng dữ đí gì bề ngoài, mà tlaõ mềnh rựt chui chệ, vì tlaõ mềnh bui có [ſ] mọi ſự chui vô cữ, [ſ] khi chưa có thế giái nầy, cữ [t] đã chui chệ, [t] mà dầu chẳng có ai nữa, một đức Chúa blời cữ blọn chui chệ, thinh nhàn vô [u] cữ chệy. [u] ſaõ le vì làõ lành đức Chúa blời cữ

quam eius essentia, & sempiterna Diuinitas . x *bonum autem est diffusiuum sui:* y *ideò Deus non solum voluit creare mundum hunc visibilem & corporalem* z *qui per suam existentiam finitam & operationes finitas penè innumeras, existentiam infinitam & operationem primæ Causæ participaret,* a *esset-que tanquam vestigium primam Causam repræsentans .* b *sed præterea voluit Diuina Bonitas se communicare creaturis rationabilibus,* c *quæ non solùm existentiam haberent, sed etiam Beatitudinis Diuinę participes fierent.*

d *Quare perfectam Angelicam naturam creauit,* e *à corporea mole omninò secretam, vtpote omninò spiritualem,* f *& capacem amicitiæ Dei per gratiam, & visionis ipsius Dei per gloriam* g *vt sic illam suæ beatitudinis participẽ faceret*

là vô cũ, bằng tính sóũ vô cũ đức Chúa blòi bệy x sự lành nào, hay thoũ sự mệnh cũ kẻ khác: y vì bệy đức Chúa blòi cháng nhũng đã tŏan hŏá nên thé giái nẫy ta z xem, có mệnh bóc, mà có tính mệnh, có phép làm sự nọ sự kia nhều kể chẳng xiét, thạt là bổi tính vô cũ, và phép vô cũ đức Chúa blòi bệy; a mà mọi sự ệy là như dầu chến, làm cho ta suy hình đức Chúa blòi bệi b Mà lại lảo lành đức Chúa blòi thoũ mệnh ra lŏài có tính ngŏan c biét mlẽ, cho lŏài ệy chẳng lọ là thạt có, mà lạy thoũ hàng bui bệ cũ đũc Chúa blòi bệy. d Vì bệy đức Chúa blòi hŏa ra lŏai thien e thần, gọi là (*Angeli*) chẳng có mệnh bóc gì, mà nhũng thiêng liêng, f lại chiụ đươc nghĩa cũ đức Chúa blòi, gọi là (*gratia*) cũ chiụ đươc (*gloria*) là thấy mạt đức Chúa blòi; g cho đươc thoũ

facere

faceret. [h] *in hac Diuina Bonitas clariùs elucet,* [i] *quam in creatione mundi viſibilis, & creaturarum omnium merè corporaliũ,* [k] *quę non ſunt capaces amicitiæ Dei, neque beatitudinis.* [l] *Quamuis enim Diuina Maieſtas ſibi ipſa ſufficeret,* [m] *nec vllius creaturæ conſortio indigeret ad perfectam ſuam beatitudinem;* [n] *quia tamen bonũ eſt diffuſiuum ſui,* [o] *voluit Deus creaturam merè ſpiritualem & intellectualem creare,* [p] *cum qua amicitiam iniret per gratiam,* [q] *atque illi ſuam etiam beatitudinem communicaret per gloriam.*

[r] *Denique tertium etiam rerum genus addidit, ex corpore ſcilicet & ſpiritu conſtans,* [s] *nempe humanum genus, in quo creaturarum omnium quaſi compendium effecit:* [t] *homo enĩ habet eſſe ſeu exiſtentiam cum rebus inanimatis,*

[h] bui bế cũ đức Chúa blời. [h] bởi lõài nầy, lão lành đức Chúa blời [i] càng ra tỏ tường, [i] hơn khi đức Chúa blời hóá ra thế giái nầy ta xem, cũ muôn vật nhũng có [k] mềnh bóc; [k] vì chưng bay nhều sự ấy chẳng két đươc nghĩa cũ đức Chúa blời, lại chẳng có chịu đươc bui bế cũ. [l] [l] Vì chưng dù mà đức Chúa blời một mềnh [m] đã blọn, [m] mà chẳng dữ đí gì bề ngõài, cho đươc [n] blọn bui bế: [n] são lẽ buôn sự lành hay thoũ [o] cũ kẻ khác, [o] đức Chúa blời đã tõan hóá ra lõài thiêng liêng thoũ minh [p] sáng láng, [p] mà cho lõài ấy chịu, *gratia*, là nghĩa cũ đức Chúa blời, [q] [q] lại cho lõài ấy chịu bui bế cũ, là, *gloria*.

[r] [r] Sau nữa thì đức Chúa blời sinh ra rót hết lõài thứ ba, có xác và [s] có linh thiêng, [s] là lõài người ta, thật là tóm [t] lại mọi lõài: [t] vì chưng lõài người ta thì có mềnh

u *vitam vegetatiuam cum plantis & arboribus, ſenſitiuam cum animalibus,* x *& rationalem etiam cum Angelis,* y *per quam capax etiam eſt amicitiæ Dei per gratiam,* z *& beatitudinis æternæ per gloriam, ſicut ipſi Angeli.* a *Hominibus autem dat Diuina Bonitas infinita huius vitæ ſpatium,* b *ad promerendam beatitudinem æternam;* c *eo ſcilicet pacto, vt ſi Diuinam voluntatem huius vitæ præſentis tempore fuerint executi,* d *æternam infuturo acquirant beatitudinem:* e *ſi verò rebelles fuerint Dei præceptis & voluntati,* f *niſi reſipuerint vitæ præſentis tempore,* g *in futuro ſæculo æternis ſint cruciatibus torquendi;* h *in quo tum Diuina bonitas, tũ iuſtitia elucet.* i *Bonitas quidem & pietas infinita, quod humanum genus ad tantam dignitatem euexerit, vt Diuinæ fieret natu-*

u như các vật chẳng ſóũ:
u u lại có ſóũ, như cây cỏi,
cũ có hay, như muông
x chim cầm thú: x mà
lại có ſinh ngõan thiêng
liêng, như thiên thàng,
y y cũ chịu đươc, *gratia*,
là nghĩa cũ đức Chúa
z blời, z lại chịu đươc
gloria, là bui bé vô cũ,
như bàng thiên thần bêy.
a a Mà đức Chúa blời lão
lành vô cũ, thì cho lõài
người ta ſóũ ở thế nầy,
b b mà kiếm coũ cho đươc
c chịu bui bé vô cũ: c mà
có giao làm bêy: ví
bàng ai, khi côn ſóũ ở
thế nầy, có bưng i đức
d Chúa blời, d thì đời ſau
e đươc bui bé vô cũ. e
ví bàng cãi phép đức
Chúa blời, chẳng giữ
f mlời răn, f mà chẳng
chừa khi còn ſóũ ở thế
g nầy; g đời ſau thì phải
chịu hình khôn nạn đời
h đời bêy. h mà thế ấy
và láo lành, và thưởng
phạt đức Chúa blời thì
i ra tỏ: i lão lành vô cũ

thì ra tỏ, vì chưng đức Chúa blời cho lõài người ta lên chịu chức tlão lõài đức Chúa blời bêy,

ræ consors, [k] *si tamen* k
Diuinis voluerit obedire
mandatis, vt hoc assequa-
tur [l] *Iustitia verò etiam* l
infinita Dei demonstratur
in eo, [m] *quod obtemperan-* m
tibus sibi præmium largia-
tur æternum, [n] *beatitu-* n
dinem scilicet æternam in
cœlo, [o] *bonorum omnium ac* o
ipsiusmet Dei possessione
cumulatam. [p] *at rebelli-* p
bus supplicia etiam infligat
æterna. [q] *Quare non mi-* q
randum, quod in hac vita
breui amicis suis interdum
Deus præsentia & peritura
bona deneget, [r] *quæ ma-* r
lis & peruersis hominibus,
atque adeò inimicis suis,
plena interdũ largitur ma-
nu: [s] *quin etiam sæpe* s
amicos suos in hoc sæculo
pœnis, & calamitatibus
affligit, [t] *& contra ini-* t
micos suos gaudere in hoc
sæculo sinit, [u] *vt patet olim* u
in Lazaro Sancto paupere,
& diuite quondam Epulo-
ne: [x] *ille namque in hac* x
vita paupertate ac morbis

k mà có dưng phép đức
Chúa blời, giữ mlời
răn, thì đươc chức ấy,
l mà lại thưởng phạt vô
cũ đức Chúa blời cũ tỏ
m ra; [m] vì kẻ dưng phép,
đức Chúa blời thì thư-
n ưởng vô cũ, [n] khi cho
phúc dui bé đời đời ở
o trên blời, [o] lại cho chịu
mọi sự lành, cũ thấy mạt
p đức Chúa blời dậy: [p]
mà kẻ làm nguỵ, chẳng
dưng phép đức Chúa
blời, thì bát tội vô cũ.
q [q] Vì dậy ta chớ có hãy,
khi thấy đực Chúa blời
thử lào kẻ lành, mà có
khi chẳng cho của thế
r gian nầy hay qua, [r] mà
lại có khi thì của thế gian
nầy phát rạo raĩ ra cho
kẻ dữ, là nguỵ cũ đức
s Chúa blời: [s] cũ có khi
ở thế nầy, đức Chúa
blời cho kẻ lành chịu
t dều sự khốn khó, [t] lại
có khi thì cho kẻ dữ
những sự lành, ở thế gi-
u an nầy dậy. [u] như đời
xua làm cũ oũ thánh La-
zaro khôn khó, và cũ
đứa giầu dữ: [x] vì chưng oũ thánh Lazaro còn ở thế x

affli-

afflictus , [y] nunc gaudijs potitur , innumeris iam à mille ſexcentis & amplius annis , & in æternum potiturus eſt in cælo : [z] hic verò ad breue huius vitæ præſentis tempus bona temporalia recipiens , [a] iam pœnis cruciatur æternis , igneque æterno torquetur in inferno , iam à mille ſexcentis & amplius annis , [b] & in æternum torquendus eſt abſq; vlla vnquam euadendi ſpe , nec etiam moriendi .

[c] Quamuis etiam interdum Diuina iuſtitia malos in hac vita puniat , vt alij reſipiſcant , [d] & ne impij Dei prouidentiam in rebus humanis negent : [e] ſic etiam interdum bonis in hac vita bona temporalia tribuit , [f] vt ſpe ſaltem illorum bonorum fragiliores ad ſe trahat , [g] & ad ſpiritualia & æterna tandem erigat . Ex his etiam colligitur vita venturi ſæculi : [i] cùm enim

Ngày thứ hai

nay chiu khó khán đau đớn [y] bây giờ đã hơn, một nghìn ſáu tlàm nàm chiu chui chẻ, kẻ chẳng xiết, lại đời đời vô cứ một chiu chui chẻ chệy: [z] mà đứa dữ ấy, đã chiu chui một gey ở thế gian nầy, [a] ſaõ le bây giờ chiu những khốn nạn đời đời, cứ chiu lửa địa ngoục, đã hơn một nghìn ſáu tlam nam : [b] lại chiu chệy đời đời, cứ chẳng có tloũ đươc đàng nào mà khỏi, lại chẳng chết cho.

[c] Saõ cứ có khi thưởng phạt đức Chúa blời bát kẻ dữ, còn ở thế gian nầy, cho kẻ khác chừa; [d] lại cho kẻ dữ chớ ngờ đức Chúa blời chẳng trị ſự người ta: [e] cứ có khi thì đức Chúa blời chia ſự vật thế gian nầy cho kẻ lành, [f] mà làm chệy cho kẻ yếu đạo đến cứ, vì nó tloũ cuả thế nầy. [g] chệy thì ſẻ ſẻ rủ nó yêu của linh hồn hàng có chệy. Cứ lấy mlẽ nầy mà ſuy ſự đời ſau: [i] vì chưng có đều người lành ở thế

plerique

plerique iuſti in hac vita affligantur paupertate & miſerijs ; [k] *& è contra impij proſperitatibus & diuitijs in hoc ſæculo potiantur,* [l] *& ſæpiſſimè ad vltimam vſque ſenectam.* [m] *hinc neceſſariò ſequitur ſupereſſe futurum ſæculum,* [n] *in quo ſcilicet ſupremus rerum Dominus, vtpotè rectiſſimus & æquiſſimus;* [o] *bonis præmia pro meritis largiatur æterna;* [p] *& malis pro demeritis ſupplicia etiam infligat æterna,* [q] *& hoc eſt quod communiter in ore omnium fertur, è veſtris libris & antiqua traditione depromptum:* [r] *ſcilicet hanc vitam ſolùm eſſe in tranſitu, per mortem verò reuerſionem fieri ad patriam permanentem.* [t] *bonis enim & fidelibus ſeruis Dei,* [t] *mors nihil eſt aliud, quàm tranſitus ab hac miſeriarum valle, ad Patriam cæleſtem,* [u] *in qua æternis cumulentur bonis à ſupremo rerũ Conditore Deo,* [x] *æternùmque cum illo viuant beatiſſimi.* [y] *ma-*

nẩy khó khan, khổn nạn,
[k] mà chịu đẹ̀y; [k] lại có kẻ
dữ, ở đờ̀i nẩy đẹ̀ui đẹ̀,
[l] giầu có phú qúi, [l] má có
nhêu lần cữ đến già cả
[m] làm đẹ̀y. [m] bởi đấy ta
ſuy mlẽ, thạt hay còn có
[n] đờ̀i ſau, [n] mà đờ̀i ấy
đức Chúa blờ̀i; là Chúa
cả mọi ſự, thạt là chi linh
[o] chi coũ, [o] mà thưởng kẻ
lành, chịu phúc đẹ̀ui đẹ̀
đờ̀i đờ̀i, bàng coũ mẽnh;
[p] [p] lại phạt kẻ dữ, chịu
bàng tội mẽnh, mà khổn
[q] nạn đờ̀i đờ̀i đẹ̀y. [q] ấy
là đều miệng thien hạ
quen nói, bởi ſách An
nam, và truyền đờ̀i xưa
[r] ráng: [r] (ſinh kí dã, tử
qui dã) ſóũ là gưởi, chết
[t] là về: [t] vì chưng kẻ lành,
mà thờ phượng đức
[t] Chúa blờ̀i cho nên: [t] khi
ſinh thì, ấy là khởi nơi
thổũ khổn nạn, mà về
[u] quê tlên blờ̀i, [u] nơi đức
Chúa blờ̀i, là Chúa rứt
cả tlên hết mọi ſự, thứ-
[x] ang vô cữ, [x] mà cho hàng
lóũ, cữ đẹ̀ui đẹ̀ thinh nhàn
[y] đờ̀i đờ̀i đẹ̀i: [y] mà kẻ dữ,
khi chết cữ là qua cho

lis verò mors eſt etiã tranſ-
tus ad æternos cruciatus,
z *quibus à iuſtiſſimo Iudi-* z
ce Deo per mortem æter-
nam puniantur in Inferno.
a *Nam ſicuti Deus eſt ſum-* a
mè bonus & pius erga bo-
nos; b *ſic etiam eſt ſummè* b
iuſtus erga impios.
c *Hæc igitur attributa* c
ſupremi rerum Conditoris
ac Domini cæli & terræ,
ac rerum omnium, d *ha-* d
bemus non ſolum per reue-
lationem, in eius libro ab
ipſo factam, e *ſed etiam* e
per rationem naturalem,
cordi noſtro impreſſam &
ſignatam ab ipſo Deo. f f
Quod ſcilicet ſit Infinitus
in eſſentia, Aeternus in du-
ratione, Immenſus in præ-
ſentia, g *Sapientiſſimus in* g
conſiliÿs, h *Omnipotentiſſi-* h
mus in operatione, i *Op-* i
timus & Liberaliſſimus in
ſui communicatione, k *&* k
Aequiſſimus in iudiciÿs in-
effabilibus & incomprehẽ-
ſibilibus. l *Infinitæ igitur* l
eius Maieſtati & Eſſentię

Ngày thứ hai

z mà chịu tọi đời đời: z vì chưng đức Chúa blời coũ bàng vô cũ, phán xét bắt tội nó tlaõ địa ngọc, chết vô cũ. a Vì chưng đức Chúa blời bàng thưởng kẻ lành, thì b rứt nhin, rứt lành, b mà phạt kẻ dữ, thì chi linh, chi coũ đệy.

c c Ếy đệy mà bây nhêu ſự nầy ở tlaõ đức Chúa blời, là Chúa cả làm nên d blời đất, cũ mọi ſự, d thì ta đã hay, vì có mlới tlaõ kinh đức Chúa blời, e c mà lại có mlẽ thạt tlaõ làõ ta, đức Chúa blời in đẻào cho ta hay bâynhêu ſự nầy ở tlaõ đức Chúa f blời, f là tính thiêng liêng vô cũ, mà hàng có đệy, lại mọi nơi mọi có đức g Chúa blời, g cũ lá rứt khôn biết mọi việc tỏan: h h mà việc làm thì có i phép tác vô cũ, i nơi thoũ mênh ra, thạt là laõ lành, và roũ rãi vô cũ, k k nơi phấn xét, thì rứt coũ bàng, và ſâu nhiệm, l ta ſuy chẳng đến. l mà

ta phải hay, vì đức Chúa blời là tính thiêng liêng

m *ſupre-*

m *ſupremam debemus ado-*
ratione̅m & cultum, præ-
ſertim in anima noſtra ſpi-
rituali, quæ ab ipſa ſola eſſe̅-
tiam participat, n *& in*
ſpiritu præcipuè vult ado-
rari & coli, cum ſit infi-
nitus ſpiritus, o *tanquam*
primum principium, & vl-
timus finis noſter, ac rerũ
omnium: p *atque ex hac*
adoratione & cultu interno,
q *debet procedere adoratio*
externa corporis, r *vt ſit*
illi ſupremæ Maiſtati gra-
ta.
s *Infinitæ illius immenſi-*
tati & præſentiæ ſuprema
debetur reuerentia, t *vt ſci-*
licet vbique præſentem re-
cordemùr, reuereamur, &
timeamus videntem, u *nec*
in eius venerabilis Maieſ-
tatis præſentia audeamus,
quod in præſentia ſupremi
cuiuſdam Principis, vel etiã
coram vniuerſo mundo non
auderemus.
x *ex Aeterna eius vita &*
duratione infinita, abſque
principio & fine, y *colligere*

m vô cữ, m thì ta phải lạy
mà thờ, tlước tlaõ linh
hồn ta, là thính thiêng,
bởi một đức Chúa blời
n mà có n vì tính thiêng
liêng vô cữ, thì khiến
lêy tính thiêng tlước, mà
o lạy và thờ đ'êy, o vì là
cội rễ đầu hết mọi sự
lành chứng tôi, và các
p kì sự. p ☞êy vì có lạy
và thờ tlaõ làõ tlước,
q q sau thì mới lêy xác mà
r lạy bề ngõài, r thạt làm
☞êy đức Chúa blời mới
yêu.
s s Mà vì đức Chúa blời
mọi nơi mọi có, thì ta
phải kính ở no mọi nơi;
t t vì ☞êy ta phải đó lien,
mọi chốn mọi có đức
u Chúa blời thấy ta: u mà
đ'êu gì tlước mạt ☞ua
chúa cả thế nầy, hay là
tlước mạt cả và thien
hạ, ta chẳng đ'ám làm,
thì tlước mạt rứt traõ
đức Chúa blời ta chớ
đ'ám.
x x Lại vì đức Chúa blời
là sóũ lâu vô cữ, mà
chẳng có tlước, cữ chẳng
có sau, thì hàng sóũ ☞êy, y ta phải suy mlẽ làm y

debemus, vt ſicuti hanc vitam ab illo fonte totius vitę haurimus, z *ſic à nullo alio vitæ huius prorogationem ſperemus, quam ab illo qui eſt fons vitæ.* a *ſtultitiæ namque eſt non ferendæ, à mortuis parentibus, qui ſibi ipſis vitam prorogare non potuerunt, vitam petere aut ſperare.* b *neque ſolum vitam hanc & ſanitatem corporalem à ſupremo vitæ omnis fonte Deo ſperare debemus,* c *ſed præcipuè vitam animæ noſtræ, quæ conſiſtit in eiuſdem gratia & amicitia,* d *quam ſi uſque ad finem vitæ huius caducæ habuerimus,* e *æternæ etiam vitæ & beatitudinis perennis, cum ipſo Deo in gloria paradiſi, participes futuri ſumus.*

f *Sapientiam quoque infinitam ſupremi rerum Conditoris venerabimur,* g *credentes nihil omninò eſſe poſſe occultum oculis Maieſtatis eius,* h *ne cogitationes quidem & affectiones cor-*

Ngày thứ hai

bềy, ta ſóũ, thạt là bởi đức Chúa blời, là cội rễ đầu mọi ſự ſóũ: z vì bệy khi ta muốn cho ſóũ lâu, thì ta cậy một đức Chúa blời mà chớ. a ai muốn cho ſóũ lâu, mà cầu cũ cha mẹ, oũ bà oũ vãi đã chết, chữa mình cho ſóũ lâu chẳng đươc, thì thạt là dại chóuc. b vì bệy ta phải cậy một đức Chúa blời, là cân ngỡền đầu mọi ſự ſóũ, chẳng những là cho ta ſóũ và khỏé xác nầy: c mà lại đầu hết ta phải cậy đức Chúa blời cho linh hồn ta ſóũ, là giữ nghĩa cũ đức Chúa blời, gói là (*gratia*) d ví bàng ta giữ nghĩa nầy cũ đức Chúa blời, cho đến chết, e thì đức Chúa cho ta ſóũ lâu vô cũ, bui bé vô cũ tlên blời, cũ đức Chúa blời bệy.

f Cho ta kính đươc hay biết vô cũ đức Chúa blời, là cội rễ đầu mọi ſự, g thì ta phải tin chẳng có đi gì cỡết mạt đức Chúa blời h dù lào ta có lo, có đoũ làm ſao, k

dis

dis noſtri, [i] *ſed omnia* [i]
omninò illi eſſe manifeſta,
[k] *præſeutia, præterita &* [k]
futura, [l] *nihilque prorſus* [l]
illum latere poſſe, [m] *vnde* [m]
nec falli poteſt, nec fallere
[n] *quia infallibilis veritas* [n]
eſt.
[o] *Illam itaq. ſummã ſapien-* [o]
tiã venerabimur. [p] *ſi cre-* [p]
diderimus verbis eius, [q] *&* [q]
intellectum omnem noſtrũ
ſubiecerimus infinitæ ip-
ſius ſapientiæ & cognitioni
[r] *infinitum etiam Diuinæ* [r]
Maieſtatis oculum, cui nu-
da & aperta ſunt omnia,
venerabimur, [s] *ſi mentis* [s]
noſtræ oculos ad ipſum ve-
nerabundi quam ſæpiſſimè
direxerimus, [t] *conſideran-* [t]
tes nobis ita inuigilantem,
[u] *atque operibus noſtris,* [u]
tam internis, quam exter-
nis ita intentum, [x] *ac ſi* [x]
nihil aliud in vniuerſo mũ-
do videndum illi ſupereſ-
ſet; [y] *hæc enim ſæpè re-* [y]
petita & fermè continua
conſideratio, [z] *magnam in* [z]
nobis Diuinæ Maieſtatis

[i] [i] thì đức Chúa blời đã
[k] biết tỏ tường hết, [k] dầu
mà đí gì đã qua, hay là
chưa có, thì cũ đã hay,
[l] [l] mà chẳng có đí gì giấu
được đức Chúa blời.
[m] [m] Vì bởy chẳng có ai
nói dối được đức Chúa
blời, mà lại đức Chúa
[n] blời chẳng có nói dối
được ai, vì chũng đức
Chúa blời là thạt nhít.
[o] [o] Vì bởy cho ta kính hay
biết vô cũ đức Chúa
[p] blời, [p] thì ta phải tin mọi
mlời đức Chúa blời tru-
[q] yền cho, [q] mà nhũng trí
ta bổ dưới hay biết vô
[r] cũ đức Chúa blời. [r] lại
cho ta kính dái hay biết
vô cũ đức Chúa blời,
xem tỏ tường hết mọi
[s] sự, [s] thì ta phải kính dớ
lien mạt đức Chúa blời;
[t] [t] mà ta ngám đức Chúa
blời coi thấi ta lien, [u] và
[u] mọi việc ta, và tlaõ làõ,
và bề ngõài tỏ tường.
[x] [x] cũ bàng có ta, mà chẳng
còn có đí gì tlaõ thé giái
[y] nầy nữa mà xem: [y] vì
chưng ta dớ làm bởy
nhẽu lần, giần như thể bàng liên lỉen, [z] thạt là [z]

rer

reuerentiam, ſanctumque timorem ingenerabit, [a] *ne fortè in aliquo tantæ Maieſtatis oculum offendamus.* [b] *Infinita etiam ſupremi rerum Conditoris Omnipotentia, in qua ſcilicet, & per quã viuimus, mouemur & ſumus,* [c] *ſi à nobis benè perſpecta fuerit, ac probè intellexerimus,* [d] *nos ne pedem quidem mouere poſſe, ſine ipſius adiutorio.* [e] *ex vna parte magnam nobis deſpicientiam noſtri & humilitatem pariet,* [f] *cum clarè videamus, nos ex nobis nihil omninò poſſe,* [g] *atque in nihilum redigendos, niſi continuus Diuinæ Potentiæ influxus nos conſeruaret,* [h] *etiam in eſſe naturali, quod ab ipſa ſine vllis noſtris meritis habemus.* [i] *Hoc multò magis in eſſe gratiæ & ſuper naturali verum eſt,* [k] *ad quod per infinitam eius miſericordiam aſſumimur, vt Diuinæ conſortes Naturæ ſimus per gratiam;* [l] *quia nec ipſam gratiam ſanctificantẽ animas noſtras, ſi-*

Ngày thứ hai

làm cho ta kính dái đức Chúa blời lám, [a] má giữ ta, kẻo phạm sự gì mất [b] lão đức Chúa blời. [b] lại khi ta ngám phép tác vô cũ đức Chúa cho ta sóũ, [c] và đoũ, và ổ, [c] thạt thì [d] nếu hay tổ tường, [d] đức Chúa blời chẳng có giúp sức, thì bức một chin- [e] ra cũ chẳng đượ-c, [e] một bên thì ta ra lão kiem- nhường, mà lấy ta là kẻ [f] hèn lám, [f] vì chưng thì ta biét tổ tường, bởi một mềnh ta, làm đi gì đi gì [g] chẳng đượ-c sốt, [g] mà lại ví bàng đức Chúa- blời chẳng phù họ ta- [h] lien, ta lại về khoũ: [h] dầu là bổn tính mình, đức Chúa blời hư khoũ cho ta, mà ta chẳng có coũ gì: đức Chúa blời chẳng giữ, thì cũ ra khoũ dệy. [i] [i] hỏấng chi là tính, *gratia*, là lỏài trạo gần đức [k] Chúa blời, [k] bói lão tư bi đức Chúa blời thư- ấng vô cũ, mà đam ta- lên lỏài tính đức Chúa [l] blời, gọi là, *gratia*. [l] vì chưng nếu đức Chúa-

ne

ne peculiari eius adiutorio habere poſſumus, [m] *nec in illa perſeuerare, niſi continuis eius gratiæ auxilijs adiuuemur.* [o] *ex alia verò parte ſi Omnipotentiam ſupremi Numinis paratam ad nos iuuandos benè perſpexerimus,* [p] *non ad opera ſolum naturæ, ſed etiã gratiæ,* [q] *magna in nobis orietur confidentia & ſpes,* [r] *quod ſcilicet nihil non poſſimus in eo Omnipotenti Deo, qui nos confortat.* [ſ] *Sed infinita ſupremi Numinis bonitas* [t] *& Caritas, qua dilexit nos, etiã ante mundi cõſtitutionem,* [u] *& in tempore præſtituto ſe nobis communicauit, creando nos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, quã dedit animubus noſtris:* [x] *parata etiam illam imaginem inſtaurare atque perficere,* [y] *per gratiam & amicitiam ſuam,* [z] *ſi probè illam perpendamus, apta eſt excitare in cordibus*

blòi chẳng cho ta ſức rieng, mà ta chịu lẽy phép *gratia* (làm cho linh hồn ta nên thánh) chẳng đươc · [m] lại giữ *gratia*, lá nghĩa cũ đức Chúa blòi, cho đến blọn đòi, [n] mà đức Chúa blòi chẳng phù họ ta lien, thì chẳng đươc đâu. [o] lại bẽn khác, thì ta nhớ đức Chúa blòi phép tác vô cũ, mà dọn lien giúp ta, [p] chẳng nhữ̃ng là việc mọn vẽ thế nẩy, cũ giúp ta việc trạõ, *gratia*, [q] vẽ đòi ſau, ta ra lào cao, tloũ cậy phếp vô cũ đức [r] Chúa blòi, mà ta cay cả ſức vô cũ làm đẽy, chẳng có ſự gì ta chẳng đươc. [ſ] Saõ le ſự đức Chúa [t] blòi lào lành vô cũ, ái mộ ta làm ſao, cũ khi [u] chưa có thế giái, mà khi đã tŏan ſinh ra ta, cũ thoũ cho ta làm ảnh tượng đức Chúa blòi [x] ở tlaõ linh hồn ta: lại dẽon ſửa lại ảnh nẩy, mà làm cho khéo hơn nữa [y] phủ cho, *gratia*, la nghĩa cũ đức Chúa blòi, [z] nếu ta ſuy lại cho nên, thạt thì làm cho

noſtris ingentem flammam amoris ſui. [a] *Cur enim ſummoperè non diligamus infinitam Bonitatem,* [b] *quæ nos adeò immeritos, & viles homunciones tanta charitate prior dilexit?* [c] *Et quoniam verus amor non in præclaris verbis, ſed in operibus eximijs poſitus eſt,* [d] *& vt ipſamet ſuperma Bonitas ſuis nobis eloquijs ſignificare dignata eſt,* [e] *in mandatorum ipſius perfecta cuſtodia conſiſtit vera eius dilectio;* [f] *vt tantæ Bonitati aliquãtulum grati reſpondeamus,* [g] *curabimus præcepta ipſius integrè cuſtodire,* [h] *cum gratia eiuſdem ſupremi Numinis,* [i] *ſine qua nihil poſſumus.* [k] *Denique rectiſſima ſupremi rerum Cõditoris, & incorrupti Iudicis æquitas,* [l] *qua vnicuique retribuit iuxtà ſuũ meritum, aut demeritum:* [m] *bonis quidem beatitudinem ſempiternam in cælo* [n] *malis verò æternos cru-*

Ngày thứ hai

mến lại, mà cám ơn đức Chúa blời lám. [a] Mà sao ta chẳng ái mộ lại làõ lành vô cữ đức Chúa blời, [b] khi tlước đã yêu ta chẳng có coữ gì, mà là ké hèn, và mộ ta tlước lám thế ếy? [c] saõ le vì laõ yêu thạt, chẳng phải là khéo mlời nói, thạt là việc trạõ mình làm, [d] mà như có mlời đức Chúa blời nhít làõ lành, [e] thạt kính mến đức Chúa blời, là giữ mlời đức Chúa blời răn cho blọn; [f] ví bệy cho ta cám ơn làõ lành vô cữ đức Chúa blời, [g] thì ta phải dọuc làõ giữ mlời đức Chúa blời răn cho blọn, [h] mà đức Chúa blời cho sức ếy thì mới đươc, [i] chẳng có sức đức Chúa blời cho, thì ta chẳng đươc đí gì sốt. [k] Sau nữa khi có đức Chúa blời coữ bàng vô cữ, phán xét chẳng tây ai, [l] mà thứâng phạt ai nếy, bàng có coữ, hay là có tọi: [m] kẻ lành thì thưởâng cho bui bẻ vô cữ tlên blời, [n] kẻ dữ

ciatus in inferno ; ° *hæc urget nos vt, Iudicem ſupremũ, dum exorabilis eſt, deprecemur,* ᵖ *ſuperioris vt vitæ innnmera nobis errata condonet,* ᵠ *dolentes maximè, quod tantam offenderimus Maieſtatem, eiuſque iram meruerimus;* ʳ *cum propoſito vitam deinceps corrigendi, iuxtà normam Diuinæ Voluntatis, & præceptorum eius:* ˢ *in eius ſcilicet infinita Miſericordia confiſi, quod veniam ſupplicibus & pœnitentibus ſit datura.*

ᵗ *Atque hæc cognitio de Deo, à lumine ipſo naturæ accepta, iam ſufficiat.*

thì phạt, mà bắt chịu hình đời đời tlaõ địa ngoục ;° sự làm bệy thì ép ta cầu cứ đức Chúa blời, khi chưa có phán xét ta, mà còn cho cầu cứ ᵖ ta xin tha tội, ta đã phạm ngày tlước, kể chẳng xiết: ᵠ ta lo buồn vì đa lỗi nghĩa cứ đức Chúa blời trạõ làm bệy: ʳ mà ta dẽoục làõ, từ nẩy về sau chừa, là theo í đức Chúa blời, và giữ mlời răn. ˢ mà ta khiem nhường cầu tha, và ăn năn tội, thì cậy đức Chúa blời nhin lành vô cứ, tha tội tha vạ cho chúng tội.

ᵗ Mà biết bay nhêu sự đức Chúa blới, bởi làõ ta suy mlẽ làm bệy, bây giờ thì bừa.

Dies tertius.

[a] *SVpra breuitèr explicatum eſt, quod iam ab æterno, antequã eſſet cælum aut terra aut quidquã aliud, [b] iam erat ſubſtantia ſpiritualis eſſentiæ infinitæ, æternæ, immenſæ, [c] ſapientiam quoque habens infinitam omnipotentiam infiniam, bonitatem infinitam, [d] æquitatem denique & iuſtitiã infinitã. [e] Atque hæc ſubſtantia infinita, quæ vocatur Deus, verusq; cæli Dominus [f]: quamuis nullo indigens; ſibique ſola ſufficentiſſima eſſet, ad perfectã ſuam beatitudinẽ, omni ex parte completam; [g] pro ſua libera voluntate ac infinita, [h] voluit creaturas ex nihilo, in quo ab æterno iacuerant, per ſuam Omnipotentiam extrahere, [i] illiſque exiſtentiam in tempore præſtituto tribuere, [k] creando ſcilicet cœlum & terram, omniaque in illis contenta: [l] quæ quamuis potuiſſet vnico momento ſi-*

Ngày thứ ba.

[a] [a] NGày thưở-c đã giảng, khi chưa có blờ-i, chưa có đất, chưa có đí gì sốt thưở-c vô cũ, [b] đã có tính thiêng liêng, là tính khí vô cũ, hàng có vô cũ, phủ mọi nơ-i vo cũ, [c] mà hay biết mọi sự vô cũ, phép tác vô cũ, lào lành vô cũ, [d] lại là coũ bàng vô cũ. [e] Mà tính thiêng liêng vô cũ nầy, gọi là Chúa *Deus*, thạt là đứ-c Chúa blờ-i. [f] dầu chẳng có dữ gì bê ngoài, mà bui có bọn bui bé một mềnh no mọi đàng; [g] sa-o le vì có chúa í mềnh, lại có lào lành vô cũ, [h] thì có tỏan dữ phép mềnh vô cũ, mà bở-i khoũ hóá ra mọi sự có, dầu xưa đờ-i đờ-i một khoũ bệy: [i] đến ngầy tỏan làm, thì cho mọi sự có, [k] má làm nên blờ-i đết, cũ mọi sự ở tlaõ thế giái nầy bệy: [l] mà dù đứ-c Chúa blờ-i có muấn hóá ra một chốc

mul-

mul omnia [m] *per vnicum* [m]
ſuæ voluntatis efficaciſſimę
actum producere, [n] *& alia* [n]
innumera etiam perfectio-
ra, [o] *quæ in nihili teneb-* [o]
ris liberè reliquit: [p] *ea* [p]
tamen quæ creauit, voluit
ſex dierum ſpatio facere;
[q] *tum vt oſtenderet ſe li-* [q]
berè agere quod ageret; [r] [r]
tum etiam vt rerum, quas
ſingulis diebus producebat,
inſufficientiam demonſtra-
ret.
[s] *Prima igitur die creauit* [s]
Deus cælum empireum, [t] [t]
ſcilicet ad electorum ſuo-
rum beatiſſimam, atque
perpetuam habitationem;
[u] *& terram, indigeſtam* [u]
aquiſque circumquaq; coo-
pertam, [x] *cumq; omnia te-* [x]
nebris circunfuſa eſſent,
ſicuti creauit Deus lucem
corporalem, per quam cor-
poralia fierent viſibilia: [y] [y]
ſic etiam lucem ſpiritualem
creauit, ſubſtantiam ſcili-
cet merè ſpiritualem & in-
tellectualem, quæ non ſolũ
creaturas omnes, naturaſq;

Ngày thứ ba 59

mọi ſự thì cũ được,
[m] [m] mà khiến một mlời,
chẳng những ra đều hết
[n] ſự thế giái nầy, [n] mà lại
hóá ra được muôn vàn
thế giái khác vô cũ, tốt
[o] hơn thế giái nầy, [o] dầu
đã tŏan dể các thế giái
[p] khác khoũ bệy: [p] ſaõ le
mọi ſự đã tŏan làm ra,
mà có; thì tŏan làm ra
[q] tlaõ ſáu ngày; [q] và cho
ta hay đức Chúa blời
có chúa í tứ, mà làm ra
[r] bay nhêu ſự nầy; [r] và lại
tỏ ra làm mỗi một ngày
ſự nọ ſự kia thì ra thiếu,
mà một mềnh chẳng đủ.
[s] [s] Vì bệy thì ngầy thứ
nhít đức Chúa blời hóá
[t] ra blời tlên, [t] để làm
đền bụi bể cho các
thánh, đã chọn ở đếy
[u] đời đời; [u] lại ſinh
ra đết còn hỗn độn, có
[x] nước chung quanh: [x] khi
ếy còn tối tam hết, mà
đức Chúa blời ſinh ra,
và ſáng có xác, cho ta
thấy được ſự có hình,
[y] có xác: [y] lại ſinh ra ſáng
thiêng, là tính những
thiêng liêng ſáng biết: mà tính thiêng liêng ếy

& proprietates eorum, clarè ac perfectè perſpiceret: z *ſed etiam fieret capax à Deo per gratiam, ad videndum ipſum Deum,* a *(quãuis naturaliter à creatura, etiam qualibet rationali & intellectuali, inuiſibilem)* b *ſi tamen perfectè Creatori ſuo ſubiecta, æternam illam beatitudinèm mereretur.* c *Creauit igitur ſupremus rerum Artifex & Dominus nouem, Angelorum Choros, qui ſinguli ſunt numeroſiſſimi:* d *quod vel inde colligi poteſt, quod ex ſolo infimo Angelorum Choro ſupremus rerũ Dominus ſingulis hominibus ſingulos deputauerit Angelos,* e *qui per totum vitæ huius curriculũ, ab hora natiuitatis vſq; ad horã mortis, illos cuſtodiant:* f *vnde colligitur in illo ſolo infimo Choro tot ſaltem eſſe cunctos Angelos cuſtodes, quot ſunt homines qui ſũt ſuperſtites in toto mundo.* g *dicũt autem Sancti aliqui viri,*

chẳng những là biết mọi tính đức Chúa blời sinh ra, và biết tỏ mọi phép bấy nhêu tính ấy: z mà lại bởi đức Chúa blời chiụ được sức, là *gratia*, cho thấy mạt đức Chúa blời: (a dù mà các lỗài thiêng liêng, bởi mềnh chẳng có sức nào, mà thấy được mạt đức Chúa blời:) b sảo le chiụ lụy đức Chúa blời cho blọn thì thín thiêng liêng ấy được coũ chiụ bui bể làm bệy, đời đời. c Vì bệy đức Chúa blời là Thợ cả Chúa cả sinh ra chín đứng thien thần, mà mỗi một đứng có d nhều thien thần lám, d sự ấy thì tỏ ra, vì chưng dầu mọt đứng thien thần dưới đủ mỗi một người có mỗi một thien thần, đức Chúa blời c cho thien thần ấy giữ gìn ta còn sóũ ở thế nầy, từ ngày sinh để cho đến ngầy chết thì f giữ bệy: f vì bệy thien thần một đứng dưới, ít là, có bao nhều người còn sóũ ở cả và thien hạ, thì có bay nhêu đức thành thien thần ấy giữ đấy. g lại có người thánh

eò plures esse Angelos in superioribus Choris, quò nobiliores sunt. h *Vnde fit vt numerus militum summi Regis ac Domini* i *sit omninò innumerabilis respectu nostri.* k *Sapintia autem illorum est tanta,* l *vt rerum omnium naturaliũ cognitionem habuerint à primo instanti quo creati sunt,* m *quamuis quoad mysteria supenaturalia & Diuina* n *nouum semper lumen à Deo acquirant;* o *ita vt tres Chori superiores à supremo Rege, cui semper assistunt, lumen illud immendiatè accipiant,* p *& hi rursus tres Choros medios illuminent,* q *qui tres Chori medij lumen à supremis tribus Chorisacceptũ, rursum communicẽt tribus Choris infimis;* r *vt scilicet sic gradus omnes à supremo Rege vel immediatè,* s *vel mediantibus gradibus superioribus illuminati,* t *voluntatem supremi Domini impigrè exequantur.* u *Potentia verò & efficacia in illis tanta est,*

ràng, thien thần càng đứng tlên thì càng nhêu.
h vì ḍệy cŏên đức Chúa blời, là ḍua Chúa cả
i tlên hết mọi ḍua, i vô hồi vô số, ta kể chẳng
k được. k mà hay biết thien thần thì đến chùng
l ấy, l khi đầu hết đức Chúa blời sinh ra, đã biết mọi tính thế giái
m nầy. m saõ le sự bề tlên
n khỏi tính thế giái nầy, n đức Chúa blời cho một
o khi một sáng nữa; o mà ba đứng tlên, ở lien chầu chức đức Chúa blời, thì chịu sáng bởi một đức
p Chúa blời, p lại ba đứng tlên ấy thì sáng ra cho
q ba đứng giữa, q mà lại ba đứng giữa sáng chịu bởi ba đứng tlên, lại thoú ra cũ ba đứng dư-
r ới; r ḍệy thì các đứng chịu sáng bởi đức Chúa blời, hay là bởi mọt
s đức Chúa blời cho, s hay là bởi đứng tlên truyền
t cho, t mà ḍệy biết í đức Chúa cả làm sao, thì ḍưng tức thì làm ḍệy.
u u Mà phép tác thien thần

ex

[x] *vt vel vnus Angelus ſatis ſit ad mouendum vniuerſum cælum, omneſque firmamenti fixas ſtellas,* [y] *quarum ſingulæ vniuerſo terrarum orbe longè maiores ſunt;* [z] *cumque ab initio mundi vſque nunc per tot annorum myriades* [a] *abſq; vlla intermiſſione id muneris exequantur, nunquam tamen defatigantur,* [b] *neque defatigabuntur vſque ab finem mundi.* [c] *Quid referam cætera? vnus Angelus, ex mandato Dei,* [d] *percuſſit vniuerſum Aſſyriorum exercitum;* [e] *ita vt vna nocte interfecerit centum & octoginta quinq; millia hominum,* [f] *facillimè atque abſque vlla defatigatione:*

[g] *Supremus itaque Angelorum, ac rerum omnium Dominus* [h] *nouem Choros, ſeu nouem exercitus militum ſuorum ſic diuiſit;* [i] *vt tres ſupremi Chori ſic aſſiſterent ſupremo Regi in ſua cæleſti Regia,*

[x] thì mlớn chưng nấy, [x] vì một thien thần có ſức blở đọũ hết cả và blòi, và các ngôi ſao [y] tlén, [y] mà mỗi một ngôi ſao ấy thì mlòn gia giét, hơn cả và hòn đ'ết nữa, [z] mà từ đ'ầu hết thế giái nấy, cho đ'ến bay giờ, mấy [a] nghìn nàm, [a] làm việc ấy lien, chẳng có khi nào đừng, mà chưa có nhaọc sốt, [b] dù mà làm lien, cho đ'ến hết thế, cữ chẳng [c] có nhaọc nữa. [c] ſự khác ta kể làm chi? có thien thần đ'ức Chúa blòi khién, một mềnh [d] đanh phá hết cả và giạc thắng [d] Aſſirio: [e] mà một đêm thì đánh chết một vàn tám muân nam nghìn cỡên giạc ấy, [f] dễ lám, mà chẳng có nhaọc sốt.

[g] Vì bệy đ'ức Chúa blòi, là Chúa cả tlên các thien thần, cữ tlên hết mọi [h] ſự, [h] thì ſửa việc chín đ'ứng, hay là chín chiếc mlớn cỡên mềnh làm bệy: [i] ba đ'ứng ở tlên thien đàng, mà châu chực đ'ức Chúa blới lien,

[k] *vt*

k *vt communiter non deſcẽderent ad inferiora hæc, niſi rariſſimè,* l *ad ſuprema quædam & grauiſſima tantum negotia exequenda,* m *ſed ſemper in Dei laudibus eſſent intenti :* n *tres alij Chori medij præeſſent omnium cælorum,* o *ſolis & lunæ ac planetarum, ſtellarumque fixarum motibus & influxui,* p *& elementorum cæterarumq; ſpecierum conſeruationi ad bonum vniuerſi.* q *Denique infimi tres Chori inferiorum etiam bono ſic præeſſent,* r *vt ſupremi quidem ſingula ſibi commiſſa cuſtodirent regna, eorumque bonum curarent :* ſ *mediis ſingulis ſingulorum Regum ac Principum ſupremorum commiſſa eſſet cura,* t *vt illos dirigerent ad regna rectè adminiſtranda;* u *poſtremis vero ſingulis ſingulorum hominum demandata eſſe cuſtodia :* x *ita tamen, vt omnes illi nobiliſſimi ſpiritus,* y *ſint etiam adminiſtratorij luminum & inſpirationum*

k k cũ chẳng có quen xuống hạ giái nầy, là hỏạ,
l l khi có việc gì rứt, vá kứ trạõ, thì mới xuống làm việc ềy mà thôi,
m m cho đươc ở lien khen ngươi đức Chúa blời:
n n ba đứng giữa thì giữ gìn mọi tầng blời,
o o mạt blời, mạt blang, cũ các ngôi sao tlên dươi blớ đọũ,
p p và giáng xuống, cũ coi các phần mlớn thế giái nầy, và các lõài kẻo hết, cho thế nầy lành.
q q Sau hết ba đứng dươi thì coi sóc hạ giái nầy cho
r r lành làm ềy; đứng nhít thì mỗi một thien thần có giữ mỗi một nươc, mà coi sóc cho
ſ ſ lành: đứng nhị thì mỗi một thien thần giữ gìn mỗi một quan mlớn đua
t t Chúa, mà dẽạy đềy trị
u u nươc cho nên: đứng dươi hết thì mỗi một đức thánh thien thần chịu viec giữ gìn mỗi
x x một ngươi. Saõ le các chín đứng kực sáng kực trạõ đức thánh thien thần ềy,
y y cũ giữ việc

Diuini Spiritus. [z] *propter eos qui à Deo hæreditatem capiunt ſalutis æternæ.*

[a] *Dicet aliquis, ſi tot nobiliſſimi ſapientiſſimi ac potentiſſimi Spiritus bono vniuerſi inuigilant:* [b] *cur tot mala, tam culpæ, quàm pœnæ miſeros mortales inuadunt?* [c] *Cur tot bella & lites inſurgunt, ſi tot Angeli pacis, quieti & paci hominum præficiuntur?*

[d] *Ad reſponſionem huius rei ſciendum eſt, omnem creaturam rationalem & intellectualem,* [e] *ſic à ſupremo rerum Conditore Deo fuiſſe conditam,* [f] *vt libertatem ſui arbitrij haberet, ad benè vel malè agẽdum,* [g] *quod etiam puris illis Spiritibus conceſſum eſt,* [h] *vt ſcilicet per libertatem arbitrij ſui & propriæ voluntatis ſupremo Regi, Dominoque ſubijcientes, beatitudinem æternam conſequerentur,* [i] *& ſic in gra-*

Ngày thứ ba

giuâng ſáng, và phép đức
[z] Chúa blời giúp ſức [z] cho kẻ lên chiu chui chẻ đời đời, bởi mlời đức Chúa blời blỗi cho.

[a] [a] Có kẻ nói làm chẳy, nếu có dều thien thần thiêng kực trạõ, và rứt ſáng láng, lại có cả phép làm chệy, mà coi ſóc thế
[b] giái nầy cho lành: [b] vì ſao có nhều tọi vạ, phạm lỗài người ta khổn nạn?
[c] [c] nếu có nhều thien thần có phép bàng an lành, mà cói ſóc cho lỗài người ta đượ̣c bàng an lành, vì ſao có nhều giạc đến, nhều ſự láo dáo làm chệy.
[d] [d] Cho ta thưa đều ấy, thì phải hay, hễ là lỗài có chúa í mềnh, và có ſáng
[e] biét, [e] thì đức Chúa blời là Chúa cả làm nên mọi lỗài, có hỗá ra lỗài
[f] ấy, [f] mà cho có í tứ, mạc làõ chọn làm ſự lành, hay
[g] là ſự dữ. [g] ſự chọn ấy, đức Chúa blời cứ đã
[h] cho các thien thần, [h] mà chệy có chọn chưng phép đức Chúa blời, là chua Chúa cả, mạc í mềnh, thì chịu đượ̣c phúc chui chẻ đời đời, [i] cứ đượ̣c
[i] *tia &*

tia & amicitia Dei confirmarentur in æternum : [k] *rebelles contra iuxtà peccatum ſuum æternis deputarentur ſupplicijs.* [l] *quamuis igitur omnes illi nobiliſſimi Spiritus, in primo ſuæ Creationis inſtanti,* [m] *ſupremi Conditoris ac Domini gratiam ſint conſequuti;* [n] *quia tamen poſtea ſupremus ille Angelus qui lucifer nominabatur, & à ſupremo Rege;* [o] *tanquam omnium Angelorum Princeps conſtitutus fuerat;* [p] *eximias ſuas dotes & perfectiones conſiderans,* [q] *ita euanuit in cogitationibus ſuis, vt contra ſuum ſupremum Regem & Conditorẽ ſuperbiret,* [r] *velletque ſedere, & eſſe ſimilis Altiſſimo;* [s] *imò ad hanc ipſam rebellionem cæteros Angelos ſibi quodammodo ſubditos, inſtigaret,* [t] *ita potenter, vt tertiam Angelorum partem in eandem à ſupremo Rege defectionem*

gratia, là nghĩa cũ đức Chúa blời, hàng bền bửng vô cũ đẹy: [k] mà thien thần nguy bàng tội mềnh, thì chiu hình đời đời đẹy. [l] Vì đẹy dù mà các thien thần ſáng traõ ẽy, khi đầu hết đức Chúa blời ſinh ra, [m] thì đươc *gratia*, là nghĩa cũ đức Chúa blời, là Cha cả, và Chúa cả: [n] ſaõ le vì khi ſau thien thần cả, gọi là Lucifer bởi đức Chúa blời, là đua Chúa cả, [o] mà đã chiu chức làm cai tlến hết các thien thần, [p] xem mềnh có tài mlớn, có phép traõ, [q] thì ra làõ khoũ mà dễ ngươi, cho đến kieu ngạo cũ đức Chúa blời, là đua Chúa cả hỡá ra nó, [r] mà nó tỡan ngồi ở tỡạ bàng đức Chúa blời; [s] lại cây mềnh làm cai, thì giục làõ các hết thien thần khác, làm nguy cũ đức Chúa blời, mà có dỡ dành gia giết làm ſao; [t] cho đến, chia các thien thần làm ba phần, một thì cũ dễ ngươi, mà ra blỡ

induxerit. [u] *Quamuis aliæ duæ Angelorum partes in ſua fidelitate, atque amicitia erga ſuum ſupremum Regem permanſerint,* [x] *in Luciferi malã inductionem nullo modo conſentientes, imò fortiter repugnantes* [y] *Quare ſupremus omnium Dominus, cùm videret rebellem Luciferum,* [z] *cum ſuis ſequacibus ſic ſuperbientem, ac bellum in cælo mouentem,* [a] *ſtatim infernum condidit in centro terræ,* [b] *ignemque ibi produxit æternum,* [c] *cui vim dedit comburendi rebelles Spiritus.* [d] *tunc etiam conſtituit Deus fideliſſimum Michaelem cæleſtis militiæ Principem,* [e] *illique præcepit vt rebellẽ Luciferum, omnesque eius ſequaces è cælo pelleret,* [f] *atque ipſum Luciferum impiæ perduellionis caput,* [g] *cum præcipuis eiuſdem*

Ngày thứ ba

laõ nguỵ cũ đức Chúa blòi. [u] ſaõ le còn hai phần đức thánh thien thần, chẳng có làõ nào, giữ blọn nghĩa cũ đức Chúa blòi, là đua Chúa cả, [x] mà hai phần ẽy, Lucifer giục làõ làm ſao, thì chẳng có nghe ſót, lại che mlòi nó đứng đàng. [y] Vì đẽy đức Chúa blòi, là Chúa cả mọi ſự, thấy thàng nguỵ Lucifer, [z] cũ các thàng theo nó, ra làõ kiêu ngạo làm đẽy, mà [a] làm giạc tlên blòi, [a] tức thì làm địa ngọục tlaõ rồn đẽt, [b] lại hõá ra lữa bền đòi đới [c] mà cho lữa ẽy có ſức đốt bấy nhêu thien thần ẽy, là đứa nghịch cũ đức Chúa blòi: [d] cũ khi ẽy đức Chúa blòi cho đức thánh Michael, khi đã giữ blọn nghĩa cũ, làm cai cả tlên hết cõên thánh tlên blòi, [e] mà đức Chúa blòi phán khiến đức thánh Michael xua thàng nguỵ Lucifer, cũ các thàng ngịch theo nó, ra cho khỏi thiên đàng, [f] mà và thàng Lucifer làm cai những đứa dữ tợn nghịch ẽy, [g] và những đứa nhít theo

rebellionis

rebellionis comitibus, [h] *ſtatim in infernũ detruderet,* [i] *æterniſque cruciatibus manciparet:* [k] *tunc ſtatim Sanctus Michael, mandatum ſupremi Regis exequens, cum ſuis fideliſſimis comitibus* [l] *Angelis Sanctis arma in rebelles direxit, verbũ Dei, dicens, Quis ut Deus?* [m] *Quiſnam eſt Lucifer iſte, qui ſupremo Conditori ac Domino Noſtro æquiparari vult?* [n] *ſtatimque in diabolum mutatus Lucifer, dictuſque Sathan,* [o] *tanquam fulgur cum comitibus ſuæ perduellionis è cælo in tartarum ruit;* [p] *aliqui tamen à ſupremo Iudice Deo permiſſi in aëre hoc permanere, vſque ad finem mundi;* [q] *& hi ſunt diaboli tentatores, qui homines ad omnem impietatem impellunt;* [r] *ex his omnes falſæ ſectæ ortum habent, omnia mendacia, periuria,* [ſ] *inimicitiæ, rixæ, impudicitiæ, homicidia,*

thàng Lucifer, làm nguỵ
[h] cũ nó, [h] bỏ ſa xuống
dưới địa ngục cho
[i] cháõ, [i] mà bát ở tlaõ
lửa chịu hình đòi đòi.
[k] [k] bấy giờ tức thì đức
thánh Michael, cũ các
đức thánh thien thần,
[l] cũ một làõ làm bạn cũ,
cầm phép đức Chúa
cả, [l] lấy khí giái thiêng,
là mlời đức Chúa blời,
mà ràng, Ai bàng đức
[m] Chúa blời? [m] Naò thàng
Lucifer là ai, cho nó dễám
giành ở bàng đức Chúa
blời, là Chúa chúng tôi?
[n] [n] mà tức thì Lucifer mất
chức thien thần, đổi làm
[o] quỉ, gọi là Sathan, [o] lại
như sấm sét ſa xuống
địa ngục, cũ nhều đứa
nghịch làm bạn cũ nó
[p] nữa. [p] Saõ le cũ có nhều
đứa đức Chúa blời, có
í ſâu nhiệm, còn để ở
nơi gió rốũ nầy, cho đến
[q] hết thế, [q] mà nhữg quỉ
ấy là kẻ cám dỗ, giục
làõ người ta làm mọi
[r] ſự lỗy; [r] bởi chúng nó
ra mọi đạo vậi, mọi ſự gian, thề dối, [ſ] ŏan
gia, ghịch cũ nhau, tà dâm, giết bỏ người ta,

latrocinia [t] *denique omnia peccata certè ipſis impellentibus abhominibus ſic perpetrantur;* [u] *permittente ſcilicet ſupremo rerum Conditore,* [x] *qui pro ſuis ſecretiſſimis, ſed æquiſſimis iudicijs,* [y] *maluit ex malis bona facere,* [z] *quam nulla eſſe permittere.*

[a] *Itaque prima die, ſiue in principio temporis creauit Deus cælum & terram, paradiſum & infernum:* [b] *atque in paradiſo collocauit Sanctos Angelos omnes fideles,* [c] *illoſque beatitudinis æternæ compotes per gloriam effecit, & claram viſionem faciei ſuæ:* [d] *rebelles contra æternis cruciatibus addicens,* [e] *ſempiterna ignominia notauit.* [f] *ſic ſupremus ille Iudex Deus,* [g] *homines bonorum Angelorũ imitatores Deoque ſupremo Domino perfectè ſubiectos, præmijs etiã donabit æternis:* [h] *rebelles cõtra, dæmonumq; ſequaces*

Ngày thứ ba

[t] tlộm cướp, [t] cử mọi tội thạt bới chúng nó [u] dễ lào người ta phạm làm bậy; [u] vì chưng đức Chúa blời, đã làm [x] nên mọi lỏài, [x] thạt có í sâu nhiệm, mà chi linh [y] chi cou, [y] đã chọn để sự dữ, mà bởi đấy làm sự [z] lanh, [z] lấy làm hơn chẳng để ai làm sự dữ.

[a] [a] ấy bậy mà ngày thứ nhứt, hay là khi đầu hết, đức Chúa blời hỏa nên blời cử đất, và thiên [b] đàng cử địa ngọục, [b] mà cho các đức thánh thiên thần có giữ một lào cử, [c] ở tlên thiên đàng, [c] và chịu, *gloria*, là bui bể đời đời, cử hàng thấy mặt đức Chúa blời tố [d] tưởng: [d] lại các thàng ngụy bắt gia hình khốn [e] nạn đời đời, [e] mà hàng chịu xấu hổ bậy chẳng [f] cử. [f] Mà lại đức Chúa blời cả phán xét người [g] ta thì cử như bậy, [g] vì chưng ai bắt chước thiên thần lánh, mà blọn bưng phép đức Chúa blời là Chúa cả, thì cho chịu phúc đời đời; [h] mà kẻ nghịch bắt chước [h]

æternis

æternis cùm Sathana damnabit ſupplicijs.

i *Secunda die creauit Deus cælum hoc viſibile, quod dicitur firmamentum,* k *cùm prima die cælum ſuperius, ſcilicet Empyrerum creaſſet, quod oculis noſtris eſt inuiſibile,* l *vtpote beatorum Spiritum ſedes,* m *& ſupremi rerum Conditoris regia.* n *cælum tamen hoc viſibile dicitur in ſcriptura ſacra diuidere aquas ab aquis,* o *quia ſcilicet cùm totum hoc ſpatium, quod inter terræ globum, & cælum empyreum continetur,* p *impleſſet Deus aquis, quas magnum chaos dicere poſſumus,* q *firmamentum in medio illarum aquarum ita compoſuit,* r *vt magna ipſarum aquarum pars ſupra firmamentum remaneret,* ſ *vt aliqui putant: reliqua verò ſub ipſo firmamento, ita vt vniuerſum adhùc terræ globum cooperiret:* t *ex hac ipſa aqua inferiori, partibusque eius ſubtiliori-bus, poſſumus dicere facta*

theo quí, thì đức Chúa blời phạt nó cũ Sathan, chịu tội đời đời chẳng.

i i Ngày thứ hai đức Chúa blời làm ra blời nầy ta xem, gọi là, *firmamentum,* k khi ngày thứ nhít đã hóá nên, blời tlên, là thien đàng, con mắt ta xem chẳng l đến, l thạt là nhà các đức thành thien thần, m m cũ là kinh đô đức Chúa blời làm nên mọi n sự. n ſaõ le tlaõ kinh đức Chúa blời phán ràng; blời nầy ta xem có chia o nước ra tlên dưới, o vì chưng từ hòn đất cho đến blời tlên, cả và nơi p khoũ ấy, p đức Chúa blời đã đẩy những nước, tà gọi là hỗn độn q thì cũ nên: q blời ta xem thì làm ra giữa nước ấy, r r mà phần mlớn nước, ấy, có ké ràng, đức Chúa ſ blời đã đế tlên ấy, ſ cón phần nước thừa, đã đế dưới blời nầy, cho đến t che cả và hòn đất: t mà ta nói làm chẳng thì cũ nên, đức Chúa blời lấy

eſſe

esse à Deo [u] *aërem atque ignem, duo hæc quæ totam interçapedinem ab aqua (quæ adhuc supererat super vniuersam faciem terræ) vsque ad firmamentum occupant,* [x] *imò aliqui dicunt totum hoc venire nomine cæli:* [y] *vnde etiam in scriptura dicuntur volucres cæli, quæ in hoc aëre volitant.* [z] *Notandum autem est diem primam, secundam, & tertiam:* [a] *tres dies priores antequã sol formaretur, distinctas fuisse* [b] *per lucem, quã prima die fecerat Deus,* [c] *hæc per motũ circularem diuidebat diem & noctem.* [d] *Tertia itaque die cum aqua totum adhuc terræ globum cooperiret,* [e] *nec sic esset apta habitationi hominum:* [f] *supremus rerũ Conditor iussit vt aquæ congregarentur,* [g] *& relinquerent partem terræ siccã, & habitabilem hominibus,* [h] *atque ita facta sunt ma-*

[u] nước ẽy dưới, và phần
[u] nào mấõ thì làm ra, [u] và
gió rốũ nây, và lửa, hai
vật nẩy đã đẩy blòt noi
khoũ, tù nước (cồn khi
ẽy bao quanh cả và hòn
đẽt) cho tan blòi ta xem;
[x] [x] lại có ké thì ràng cả
[y] và noi ẽy cử gọi là blòi:
[y]) vì cbệy tlaõ kinh đức
Chúa blòi, cái chim bay
[z] tlên gió rốũ nẩy, cử gọi
[z] là chim blòi: [z] lại ta
phải hay sự ngày thứ
nhít, thứ hai, thứ ba,
[a] [a] là ba ngày tlước, khi
[b] chưa có mạt blòi, thì
[c] [b] chia ra, [b] bởi đã cò sáng,
đức Chúa blòi hõá ra
[c] ngày thứ nhít, [c] mà sáng
[d] ẽy blố chung quanh, thì
cho nên chia và đêm, và
[e] ngày.
[d] [d] cbệy ngày thứ ba khi
[f] nước hãy còn bao cả
và hòn đẽt chung quanh,
[g] [e] [e] mà thế ẽy đẽt thì chẳng
nên cho ngươi ta ở
[f] đượC, [f] đức Chúa blòi
[h] làm nên mọi sự, thì khiến
[g] nước họp lai, [g] mà để
phần đẽt ráo để dành cho ngươi ta đượC ở,
[h] [h] làm cbệy thì đã nên biển, là nước họp lại.

ria

ria congregationes ſcilicet aquarum. i *Tunc iuſſit ſupremus Dominus vt terra* k *produceret arbores & plantas, ceteraque virgulta & herbas, in vſum ſcilicet hominis,* l *& animalium poſtea producendorum alijs diebus,* m *ſtatimque terra, iubente Domino, abſque vllo ſemine, quod in ſe ſuſcepiſſet,* n *produxit arbores fructibus iam maturis onuſtas, atque alia virgulta & olera:* o *eademque die produxit Deus paradiſum voluptatis, tanquam hortum ſpecioſiſſimum,* p *in quo erat perpetuum ver, abſque vlla frigoris, aut caloris nimij moleſtia,* q *ita tamen vt quolibet anni tempore maturis fructibus abundarent arbores.*

r *Quarta poſtea die ſupremus Conditor ornauit firmamentum,* s *formando ſolem qui ſuo motu* t *diem conſtitueret, dieique præeſſet,* u *& lunã quę præeſſet nocti,* x *ſtellas etiam pulcherrimas produxit, quæ*

i Thoi đõạn đứ·c Chúa blờ·i, là Chúa cả thì khíen đ'ết k mạoc ra cây cỗi, cũ khác rau có, cho ngườ·i ta, l và muâng chim cầm thú, dẽọn ſinh ra, m ngày ſau dữ: m mạ đức Chúa blờ·i khiến làm ḉệy, tức thì đ'ết, đầu chẳng có giốũ naò gieo n tlaõ, n thì ſinh rà cây cỗi, đã có blái chín đã đ'ềy, o cũ khác rau có o mà cũ ngáy ềy đức Chúa, blờ·i làm ra noi ḉui ḉẻ, p như vườ·n tốt lành, p tlaõ ềy mát mẻ lien, như hàng mùa xõ'ên, chẳng có rét, cũ chẳng có sốt quá, mà làm khỗn gì ai, q q ſaõ le blót năm tlên, cây có blái chín.

r r Sau thì ngày thứ bốn đức Chúa cả làm nên mọi ſự, dẽọn blờ·i cho tốt, f mà ſinh ra mặt blờ·i cho blỗ· đọũ chung quanh, t làm ngày cho ſáng, như làm cai ban ngày, u u cũ ſinh ra mặt blang, như làm cai ban đ'êm: x x lại ſinh ra ngôi ſao tốt lành, chẳng những là

non

non ſolum firmamentum
ornarent, y ſed etiam in
hæc inferiora per ſuas qua-
litates influerent in bonum
vniuerſi.
z Quinta die iuſſit Deus vt
ex aquis orirentur, a variæ
auium ſpecies, quæ ſtatim
in aëra volarent, eſſent-
que vt aëris huius habi-
tatores: b tum etiam pi-
ſcium varia genera, quæ
in aquis viuerent, eſſent-
que habitatores aquarum:
c & ſic tam aues quam
piſces ſecundum ſpecies ſuas
multiplicarentur.
d Sexta porrò die ex ipſa
humo produxit ſupremus
rerum Conditor varias
quadrupedum, & reptilium
ſpecies, e quibus etiam
indidit vim producendi ſi-
bi ſimile, ſicque ſpecies ſuas
conſeruandi, vſque ad fi-
nem mundi,
f Eodem ipſo die ſtatuit
Deus facere hominem ad
imaginem & ſimilitudinẽ
ſuam, g tanquam totius
operis ſui compendium, at-
que vltimum vniuerſi decus, h formauitque de
terra corpus humanum perfectum triginta circiter

Ngày thứ ba

y làm cho blời tốt, y mà
lại giuấng ſức mềnh dư-
ới hạ giái nầy, cho lành
z cả và thế giái bệy.
z đến ngày thứ năm có
mlới đức Chúa blời
a phán khién nước ſinh
ra, a và các giống chim cho
b bay tlên bệy: b và nhữ-ng
giống cá, cho ſống tlaõ
nước, mà ở tlaõ nước
c lien bệy: c mà làm bệy
và cái chim, và con cá,
ſinh nối giống mềnh bệy.
d d Mà đến ngày thứ ſáu
đức Chúa blời, là đức
Thọ cả làm nên moi lõài,
thì lấy đết, mà ſinh ra
e lục ſúc, cỡ giống rắn, e lại
cho moi vật ấy có ſức
ſinh nối lõài mềnh, cho
đến hết thế bệy.
f f Lại cỡ một ngày ấy
đức Chúa blời tõan ſinh
ra lõài nguời, làm hình
tượng thiêng đức Chúa
g blới, g như thế gọp lại
moi việc đã làm, thạt
h nở mắt thế giái; h bệy
thì lấy đết mà làm thân

ætati

ætatis annos repræsentans,
i *& inſpirauit in faciem*
eius ſpiraculum vitæ, k
hoc eſt animam rationalẽ
ex nihilo creans ſimul, l
& infundens in illud cor-
pus iam perfectum: m *at-*
que ita factus eſt homo in
animam viuentem, n *at-*
que ad imaginem & ſimi-
litudinem Dei Conditoris
ſui; o *& tunc non ſolum*
dotatus eſt ſcientijs & vir-
tutibus naturalibus, p *in*
ipſo creationis ſuæ primo
inſtanti: q *ſed etiam ad*
gratiam & amicitiam
Creatoris ſui eleuatus eſt, r
doniſque multis ſuperna-
turalibus dotatus, s *ad fi-*
nem ſupernaturalem bea-
titudinis æternæ, ſimul cũ
Angelis beatis adipiſcen-
dum. t *accepit prætereà*
dominium homo ſuper om-
nia ſenſitiua, u *tam ter-*
reſtia, quam volatilia &
aquatilia, x *ita vt omnia*
ex quodam inſtinctu natu-
rali ab ipſo Creatore in-

Ngày thứ ba 73

xác người khéo léo hình
i ba mươi tuổi dồ, i và
thổi ra khí ſóũ đến mặt
k người, k là lẽy khoũ mà
l ſinh linh hồn thieng, l và
phú cho ở tlaõ xác ẽy
m đã làm ra bẹn: m mà làm
bẹy thì rà người có linh
n hồn cho ſóũ, n và là ảnh
tượng thiêng đức Chúa
o blờ̀i làm đẽy bẹy: o khi
ẽy có chịu ſáng biết và
nhin đức bổn ſức mềnh,
p p từ đầu hết khi đượ̣c
q linh hồn cho ſóũ: q mà
lại đức Chúa blờ̀i đam
người lên cho đượ̣c
chức *gratia*, là két nghĩa
r cữ đức Chúa cha, r cữ
cho phúc đức nhều tlên
s ſức mềnh, s cho đượ̣c
chịu phúc vô cữ bui bé
đờ̀i đờ̀i, cữ đức thành
t thien thần. t lại đức
Chúa blờ̀i cho người
làm Chúa tlên hết mu-
u âng chim cầm thú, u và
có ở dưới đết, và tlên
y gió rổủ, và con cả tlaõ
nước, x cho nên các
vật ẽy, bởi phẹp đức
Chúa blờ̀i cho, tự nhien thì phải chịu lụy người,

to ad

to ad nutum eius parerent,
y singuliſque nomen indidit, y
ipſorum naturæ proportionatum: z *omne enim quod*
vocauit Adam ipſum eſt
nomen eius. a *Vtque vitã*
hanc feliciorem duceret, b
introductus eſt à Deo in
paradiſum voluptatis; c
in quo præter alias arbo-
res pomiferas erat arbor
Vitæ, d *cuius fructus tantã*
habebat efficaciam, vt eſus
ſeneſcentem quemcunque,
ad iuuenilem reſtitueret
vigorem. e *Voluit tamen*
ſupremus Dominus eius in-
eo fidelitatem experiri,
f *quod arborem ſcientiæ*
boni & mali, in paradiſo
voluptatis g *eius poteſtati*
non tradidit, ſed vetuit ne
de illius fructu comederet, h
quamuis fecerit illi Deus
poteſtatem de omnibus alijs
fructibus, qui in paradiſo
erant, comedendi: i *imò*
minitatus eſt illi mortem
in quacunque die comediſ-

y y mà người đạt tên cho
mỗi một vật ấy phải
z tính nó: z vì chưng oũ
Adam có đạt tên cho
các vạt làm ſao, thì phải
a tên nó ấy. a Mà cho
oũ Adam khi còn ở thế
nầy được thanh nhàn
b hơn, b thì đức Chúa
Blời đam đến oũ Adam
ở tlaõ vườn đoi đé,
c c mà tlaõ ấy, chẳng kể
cây khác có blái, lại có
cây nào gọi là cây ſóũ
d lâu, d vì chưng ai ăn
blái cây ấy, dù mà đã
già yếu, thì cho ſức
e bàng tlé lại, e ſaõ le
đức Chúa Blời là Chúa
cả khiến thử làõ oũ A-
dam có đưng phép Chúa
f cả thể nào, f mà tlaõ
vườn đoi đé ấy có một
cây, gọi là cây làm cho
g biết lành biết dữ, g mà
cây ấy chẳng cho oũ
Adam, bèn cấm blài một
cây ấy, mà chẳng cho
h oũ Adam ăn, h dù mà đã
phu cho mọi blái khác
ở tlaõ vườn đoi đé dầu làõ ăn: i lại đe | i
ràng: có ăn blái ấy ngày nào thì chết ngày ấy:

ſſet ſequuturam: [k] *quæ mors præſertim intelligitur de ipſius animæ immortalis morte,* [l] *per amiſſionem ſcilicet gratiæ ac iuſtitiæ Originalis,* [m] *que amiſſio lapſum ſtatim ſequeretur, & poſtea etiam de corporis* [n] *interitu per ſeperationem ipſius animæ à corpore,* [o] *cum alijs malis innumeris,* [p] *vtramque mortem vel comitantibus,* [q] *vel præcedentibus, vel conſequẽtibus* [r] *Adam igitur audiens tale præceptũ Domini Creatoris ſui,* [ſ] *minitantis illi mortem tum corporis, tum animæ, cum innumeris alijs malis,* [t] *quæ in totam ipſius poſteritatem transfunderetur, cum amiſſione gratiæ ac Iuſtitiæ Originalis,* [u] *niſi ipſe ſupremo ſuo Domino obediret,* [x] *ſtatim ſubiecit ſe toto affectu Creatori ſuo, dicens,* [y] *ſe paulò ante crea-*

[k] [k] mà ſự chết ấy thì phải hay, nhứt về ſự linh hồn chẳng hay chết, mà phải
[l] chết, [l] là mất, *gratia*, mất nghĩa cũ đức Chúa
[m] blời, đã cho đầu hết, là [m] ſớũ thất linh hồn: mà
[n] phàm blái ấy bao giờ, thì mất ſớũ linh hồn bấy
[o] giờ. [n] mà đến ſau xác cũ phải chết, khi linh hồn
[p] ra khỏi xác, [o] lại cũ phải
[q] dều ſự khốn nạn kể [p] chẳng xiết, [p] hay là ở
[r] cũ hai ſự chết ấy, [q] hay là phải thướ́c, hay lá
[ſ] theo ſau. [r] Vì bệy khi
[t] oũ Adam nghe thấy có
[u] mời đức Chúa blời là
[x] Chúa cha ſinh ra mềnh
[y] có răn làm bệy; [ſ] mà
lại đe chết, và xác và
linh hồn, cũ tai và khác,
[t] vô hồi, vô ſố, [t] cũ phạm
hết đời mềnh ſau, phải
mất *gratia*, mất nghĩa
[u] cũ đức Chúa blời, [u] nếu
oũ Adam chẳng bưng
phếp đức Chúa cả, thì
phạm mọi ſự khốn nạn ấy; [x] chóuc ấy oũ Adam [x]
chịu phép đức Chúa cha hết lào, mà ràng, [y] tôi [y]
lạy đức Chúa blời, tôi xưa chẳng có, mà đức

tum ex nihilo, [z] *totum* [z]
ſuum eſſe habere à Domino, totque ac tantis bonis ditatum, [a] *nihil omninò* [a]
velle, niſi quod placeret ſupremo Benefactori ſuo, [b] *ideòque paratum ſe eſſe* [b]
ad obediendum in omnibus, [c] *cùmque tot recepiſſet à* [c]
ſupremo Domino, ac benefactore ſuo, [d] *quid tandem* [d]
hoc eſſet vt abſtineret ab eſu fructus vnius illius arboris,.
[e] *Tunc Adam nondum* [e]
habebat ſociam, immiſit itaque Deus ſoporem in [f]
Adam, [f] *ipſoque dormiente detraxit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem* [g]
pro ea, [g] *atque coſtam illam ædificauit in mulierem, eiuſdem fermè ætatis* [h]
ac ipſe Adam, [h] *animam quoque rationalem illi infudit,* [i] *excitatus verò à* [i]
ſomno Adam, vt ſociam vidit ait [k] *hoc nunc os, de* [k]
oſſibus meis, & caro de carne

Ngày thứ ba

Chúa blời khi nãy lấy
[z] khoũ mà hóá ra tôi, [z] tôi
có đi gì bởi đức Chúa
cha cho tôi, tlaõ mệnh,
và bề ngoài dều sự lành
[a] cũ cho tôi hết: [a] tôi
chẳng yêu gì, tôi hay
một ước thế nào cho
tôi đẹp làõ đức Chúa
[b] cha, [b] vì bậy có mlời
nào đức Chúa blời thì
[c] tôi bưng hết, [c] mà lại
tôi đã chịu ơn đức Chúa
[d] cha nhều làm bậy, [d] mà
tôi kiêng blái một cây
ấy là bay nhêu hột cho
tôi chẳng giữ bậy.
[e] [e] Khi ấy oũ Adam chưa
có ban, mà đức Chúa
blời làm cho oũ Adam
[f] ngủ đi; [f] đến khi đang
ngủ, thi đức Chúa blời
lấy một xương sườn cụt
oũ Adam ra, mà để bẽ-
[g] aò thịt thay nó, [g] lại
làm xương ấy nên xác
đẩn bà, hình cũ một tuổi
[h] dồ bàng oũ Adam, [h] mà
lại hóá nên linh hồn đam
[i] bẽaò tlaõ xác ấy, [i] thóát

chóuc oũ Adam thức, mà thấy bạn thì ràng,
[k] xương nầy bây giờ là xương tao, và thịt nầy [k]

ne mea: [l] *propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam,* [m] *& adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna,* [n] *quod totum ſpiritu prophetico dixit.* [o] *Notandum autem cum Doctoribus Sacris* [p] *non ex oſſe capitis Adam factam à Deo fuiſſe mulierem,* [q] *quia caput mulieris eſt vir, teneturque ipſa viro ſubeſſe.* [r] *quamuis enim monere poſſit modeſtè virum, ſi erraverit,* [ſ] *non tamen poteſt excandeſcere in virum,* [t] *quia eſt ſubdita & non caput viri:* [u] *attamen neque ex pede mulier formata eſt à Deo,* [x] *ſed ex coſta, quia vir non debet vxorem habere vt ancillam,* [y] *ſed amare vt ſociam:* [z] *præterea Deus non duas aut tres Adamo vxores dedit, ſed vnam tantum,* [a] *quia debebant eſſe duo in carne*

[l] là thịt tao: [l] nhơn vì sự ấy người thì để cha [m] mẹnh, và mẹ mẹnh [m] mà lấy bợ mẹnh lấm một cử, bấy thì hai người [n] ra cử một thịt. [n] Oứ Adam có chịu phép nói sấm truyền mà nói bấy [o] nhêu đều. [o] Mà ta phải xét mlới oứ thánh cổên [p] tử naò nhủ bấy; [p] khi đức Chúa blời làm ra đẩn bà, chẳng có lấy xuâng đầu oứ Adam mà [q] làm, [q] vì chưng đẩn oứ là đầu đẩn bà, mà đẩn bà thì phải chịu lụy chàõ [r] vì dầu mà đẩn bà bảo sẽ sẽ chàõ, khi chàõ lỗi, [ſ] thì cử được, [ſ] ſaõ le máng mở chàõ thì chẳng [t] được, [t] vì chưng phải chịu lụy, mà chẳng phải [u] đầu chàõ đâu. [u] Saõ le đức Chúa blời cử chẳng có lấy xuâng chên mà [x] làm đẩn bà ra, [x] bèn lấy xuâng ſuờn cụt mà làm: vì chưng chàõ chẳng khá lấy bợ làm như tôi tá, [y] mà nên yêu như bạn bấy. [z] Lại đức Chúa blời chẳng có làm cho oứ Adam hai ba bợ, bèn cho một bợ mấy, [a] vì chưng hai

vt prophetauit Adam & non plures : [b] *& Annamitæ hoc etiam dicunt, virum & vxorem tradere sibi inuicem ossa & carnẽ.* [c] *sicuti enim vir habet ius in corpus vxoris,* [d] *vt viuente ipso non possit adhærere alteri viro :* [e] *sic etiã vxor habet ius in corpus viri,* [f] *vt ipsa superstite non possit vir aliam vxorem ducere,* [g] *in hoc enim pares sunt vir & vxor ex Diuino præcepto,* [h] *quod sic ab initio mundi fuit in Adamo & Eua executioni mandatum,* [i] *ac postea seruatum, saltem in prima tota mundi ætate vsque, ad diluuium, ab ijs qui legem Dei seruabant,* [k] *vt postea videbimus in Noe,* [l] *& filijs eius, ante & post diluuium.*

[m] *Sex itaque diebus supremus totius mũdi Artifex totum suum perfecit opus,*

người thì nên một thịt, như mlời sấm truyền oũ Adam nói ra, mà chẳng phải nhều: [b] lại người Annam cũ nói ḅệy hai ḅọ chaõ gưới xuâng [c] gưới thịt nhau: [c] vì chưng như chaõ có [d] phép tlên mênh ḅọ, [d] cho nên khi chaõ còn sóũ, ḅọ lẽy chaõ khác [e] chẳng đươc; [e] ḅọ thì cũ có phép tlên mênh [f] chaõ như ḅệy, [f] vì chưng khi ḅọ còn sóũ chaõ lẽy ḅọ khác cũ chẳng [g] đươc: [g] vì có phép đức Chúa blời răn, làm ḅọ chaõ bàng nhau tlaõ việc [h] ấy, [h] mà tù đầu hết thế oũ Adam cũ bà Eua có [i] giù làm ḅệy: [i] đến sau hẽ là kẻ có giữ đạo thánh đức Chúa blời, ít là cho đến lụt cả, là đõán tlước thế giái, cũ [k] có theo như ḅệy, [k] như sẽ giảng sau, khi nói đến sự oũ Noe, [l] cũ sự con cái oũ ấy, và tlước lụt cả, và sau.

[m] Bệy thì đức Chúa blời, là đức thợ cả mọi

n *diciturque requieuiſſe die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat*; o *quia die ſeptimo nullum opus nouum, aut vllam creaturã nouam condidit*, p *benedixitque diei ſeptimo, & ſanctificauit illum.* q *ſic etiã Adam & eius vxor diem illum ita cultui ſupremi Numinis conſecrarunt,* r *ad gratias ſcilicet pro innumeris beneficijs acceptis agẽdas,* s *vt ab ipſo mundi exordio vſque nunc, veri Numinis cultores ſic ad amuſſim obſeruauerint* t *vt ſaltem ſeptimum quemque diem ſacrum reputauerint,* u *cultuique ſupremi rerum Conditoris addixerint,* x *& poſt ſex dies in quibus opera faciunt ſeruilia, ad corpus ſcilicet alendum ac veſtiendum pertinentia,* y *vt ſunt agriculturæ, mercaturæ, fabrilium aliorumque eius generis operum,* z *die vno ab huiuſmodi operibus abſtineant,*

ſự, tlaõ ſáu ngày làm ra mọi lõài, n mà nói ràng, ngày thứ bảy mọi việc rồi, thì có nghỉ: o vì chưng ngày thứ bảy chẳng có làm việc gì mới, chẳng có hõá ra vật nào mới, p mà nói lành tlên ngày thứ bảy, và làm ngày ấy thánh: q mà oũ Adam cũ bạn thì bắt chước như vậy, vì chưng có giữ ngày thứ bảy để thờ phượng đức Chúa cả, r cám ơn nhều kẻ chẳng xiết, mà truyền giữ vậy, s cho nên từ đầu hết thế đến nay, hễ là kẻ có thờ thật đức Chúa bloi đời nào, lien có giữ làm vậy, chẳng sai một chút: t vì chưng hễ là bảy ngày thì lấy một làm lễ lạy, u mà để thờ phượng đức Chúa cả làm nên mọi sự, x mà khi sáu ngày đã làm việc mọn kiếm ăn kiếm mạc cho xác, y như thể việc cạy cấy, buận bán, làm thợ làm thầy, cả khác việc giõũ ấy, z thì một ngày đừng

a vt

[a] *vt cultui ſupremi Numinis impenſius vacent* [b] *& gratias agant pro tot beneficijs,* [c] *quæ ſingulis momentis, à ſupremo rerum Conditore accipiunt,* [d] *& quamuis laudes impendant Deo Optimo Maximo & gratias pro viribus agant,* [e] *ſemper ſunt longè impares acceptis beneficijs.* [f] *Erant igitur in illo delitiarum paradiſo tunc primi parentes noſtri* [g] *in magna quiete ac pace tum animi, tum corporis:* [h] *omniaque animalia, tam terreſtia quam volatilia atque etiam aquatilia,* [i] *ita erant illis ſubdita, vt ad nutum omnia obedirent homini;* [k] *vt ſi Adam è ſyluis aduocaſſet leonem, ſtatim promptus aderat leo,* [l] *dominium eius à ſupremo rerum Domino datum inſtinctu quodam naturali ſentiens:* [m] *ſi è profundo mari quemcunque*

làm mọi viec mọn ếy,
[a] để mà thờ phượng đức Chúa blời hết lòng,
[b] mà làm ệy thì cám ơn nhều vô hồi vô số,
[c] chịu lien liền bởi đức Chúa cả làm nên mọi sự;
[d] mà dầu khen người đức Chúa blời rứt lành rứt cả, và cám ơn hết
[e] sức đ̂ey, [c] lien thì còn xa lám, mà chẳng bàng ơn chịu mình ệy.
[f] ếy ệy mà tổ tứ ta khi ếy ở tlaõ vườ̀ng ệui
[g] ệ ếy [g] bàng an lám và
[h] xác, và linh hồn; [h] và các muâng chim cầm thú, hay là tlên đ̂ất, hay là tlên gió rống, cứ là con
[i] cá tlaõ nước, [i] có chịu lụy hết, mà ệung phép
[k] người: [k] như thể ví bàng oũ Adam có gọi muâng sự tử ở tlên rừng, tức thì muâng sư tử có
[l] chạy đ̂ến, [l] tự nhiên ệung phép người, bởi đức Chúa blời cho làm
[m] chúa nó: [m] lại nếu oũ Adam có gọi con cá nào ở tlaõ biển cả, boũ chóuc thì

piſcem

piſcem accerſiſſet, ſi atim adnatans adueniebat: n *ſi auem quamcunque è ſublimi aëre adeſſe iuſſiſſet,* o *ſtatim obſequens aduolabat,* p *Neque vllus erat ibi æſtus, aut frigus quod moleſtiam vllam afferret,* q *ſed perpetuo vere, aëriſque mira* r *temperie fruebantur primi parentes.* r *Quod autem præcipuum eſt, quia caro ita ſpiritui erat ſubdita, vt nullam eius rebellionem ſpiritus experiretur,* s *omneſque ſenſus, tàm interni, quàm externi, rationis imperio erant ita ſubditi, vt nullo modo contradicerent ei.* t *totumque hoc quod poſſidebant primi Parentes ſimul cum Iuſtitia Originali,* u *erant in filios ac nepotes transfuſuri, abſque vllo mortis metu,* x *& cùm vellent tempore ſuo, vel ipſi, vel eorum filij,* y *beatitudine cæleſti perfui,* y *Deus illos in cælum*

n lọi đến, n hay là có cái chim nào bay cao tlên gió rổũ, mà khién lại, o o thỏát chóuc thì ɓưng p phép, mà bay lại. p ɓệy tlaõ vươn ếy chẳng có ſốt gì, cử chẳng có rết, q mà nên khó làm ſao, q bèn tlaõ ếy như có mùa xỏ-ên lien, cho tổ tứ ta ổ-mát mẻ, ɓui an lành lien ɓệy. r Mà lại có ſự traõ hơn nữa, vì chưng khi ếy thần xàc thịt thì có chịu lụy linh hồn, mà chẳng có cãi phép ếy, s s và các phép thịt tlaõ ngỏài thì ɓưng phép mlẽ phải, mà chẳng hay cãy t ſốt. t lại mọi ſự tổ tứ ta có chịu ổ mềnh ɓói *gratia*, là nghĩa cử đức Chúa blời, đã chịu khi u đầu hết chịu ſóữ, u thị cử truyèn hết cho con cho chàu, mà chẳng có x dái chết, x cử đến khi ổ thế nầy đã no, mà hay là tổ nẻ, hay là con cái, muốn lên thien đàng, chịu ɓui ɓé đời đời, y thì đức Chúa blời rước lên, và xác và linh y

assumpsisset in corpore simul & anima, [z] *sine vllo mortis tributo.*

[a] *Inuidit scilicet peruersus cacodœmon tantæ hominũ felicitati,* [b] *tumque ex odio quod in ipsum Deum exercere non poterat,* [c] *in ipsam Dei gratam imaginem iram suam conuertit,* [d] *ac omnem conatum exeruit, vt illam contereret,* [e] *maximè cùm sciret sedes in cælo beatas ab ipso, ac socijs eius amissas,* [f] *Deo disponente ab hominibus occupandas.* [g] *Itane verò, aiebat superbus;* [h] *patiar ego vt homo è puluere ortus sedem supremæ felicitatis, quam ego amisi, adipiscatur,* [i] *ego verò qui purus sum spiritus in inferno extremis afflictus miserijs sedeam?* [k] *faciã certè vt & ipse quoq; vt per inobediẽtiam in factorem suum, ruat mecum in perpetuum interitum.* [m] *videbat certè malignus dæmon virum*

Ngày thứ ba

[z] hồn, [z] mà khi ấy chẳng có phải chết đâu.

[a] [a] Sao le khi tổ tũ ta ở đui đé an lành làm, đệy, mà qui dữ thì ghen ghét, [b] vì khích nghịc đức Chúa blời, mà làm chi đấy chẳng được, [c] thì tỏan phá ảnh tượng đức Chúa blời yêu, [d] mà dũ hết sức dữ tọn mềnh làm hại loài người, [e] nhít là vì chưng đã hay tỏa đui đé tlên blời, và mềnh, và bạn mềnh đã bỏ mất, [f] đức Chúa blời để dành cho người ta ở. [g] mà qui thấy đệy mà kieu nghao, thì nói ràng; [h] sự làm sao cho tao chiụ được, cho có người bởi đất mà ra, lại ngồi ở được tỏa kực trạo, kực đui, tao đã mất đi, [i] mà tao là tính những thiêng liênh, ngồi ở tlao địa ngục, mà chiụ những sự rứt khổn khó ru? [k] thạt tao làm cho nó ngịch cũ Chúa blời đối, [l] mà đệi nó ngã noi chết đời đời cũ tao. [m] đệy thì mà [m] *cau-*

cautiorem esse, [n] *nec facilè suggestiones malignas admissurum;* [o] *maluit ergo debiliorem mulieris sexum aggredi,* [p] *vt per mulierem victam, virum etiam ipsum à statu felici in miseriam deturbaret,* [q] *captabat igitur cacodæmon ansam opportunam, vt mulierem solam reperiret,* [r] *à viro suo seiunctam, vt illam facilius deciperet.* [s] *Tunc Adam iam declarauerat Euæ Diuinum Præceptum,* [t] *de non comedendo fructu arboris scientiæ boni & mali sub pœna mortis.* [u] *postea cùm sola Eua per hortum voluptatis vagaretur,* [x] *& adueniens curiosius fructum arboris vetiti contemplaretur,* [y] *laudaretque vt pulchrum, visu, aspectuque delectabile,* [z] *attingere tamen minimè auderet,* [a] *aditum nihilominus ad tentationem diabolo dedit,* [b] *is igitur qui in serpentem ingressus,*

quĩ dữ xém thấy chẳng
[n] khôn ngoan hơn, [n] mà
chẳng nghĩ chịu mlời
[o] nó cám dỗ, [o] vì bởi
nó chọn dễ dành đấn
[p] bà yếu sức hơn, [p] mà
được bợ ngã, thì giục
bợi cho được chão, bó
mất sự bui bé, mà ngã
tlão sự khốn nạn bệy:
[q] nhin vì sự ấy mà quĩ
dữ thì dẽọm khi naò
kịp cho gạp đấn bà ở
[r] một mềnh, [r] mà khói
mạt chão, cho nghĩ dối
[s] đấn bà được. [s] khi ấy
oũ Adam thì đã nói tó
tường cũ bà Eua nhữ-ng
mlời đức Chúa blời răn,
[t] [t] chớ có ăn phải blái
cây biết lành biết dữ,
[u] mà phải chết, [u] đến sau
có ngày bà Eua ở một
mềnh, mà đi choi ở
[x] tlão vườ-ng bui bé, [x]
đến nơi có cây cấm ấy
[y] thì coi lại lám, [y] mà khen
ràng, thấy thì tốt lành,
[z] vá bui xem, [z] são le tay
đá đến thì chẳng dễám;
[a] [a] mà bệy thì mở đàng
cho mà quĩ cám dễ được: [b] vì chưng ma- | [b]

illam

illaminterrogare cepit; [c] *cur de fructu illo pulchro non comederet?* [d] *cui mulier ineptè respondit dicens vetitum sibi à Deo esse, ne fortè, inquit, moriamur,* [e] [f] *tanquam dubitans, an verè esset moritura si comederet,* [g] *quæ dubitatio ianuam tentatori aperuit ad mentiendum, & seducendum:* [h] *statim enim contra Diuinum verbum diabolus affirmauit, nequaquam moriemini, inquit,* [i] *scit enim Deus quod in quocunque die comederitis ex eo,* [k] *aperientur oculi vestri & eritis sicut Dij, scientes bonum & malum:* [l] *impudenter scilicet supremo Numini notam inuidiæ imponens,* [m] *ac si nollet homines habere scientiam boni & mali* [n] *atque ideò fructum illius arboris vetuisset,* [o] *ne fierent sicut Dij, sciẽtes bonum & malum* [p] *Atque ita mulier dæmonis*

Ngày thứ ba

quĩ thầy bệy thì nhệp bẽaò tlaõ con rắn, mà hỏi ràng: [c] blái nầy tốt lành, sao bà chẳng ăn? [d] mà bà ấy thưa mlòi [e] dại ràng: [c] đức Chúa blòi có cấm, mà ăn phải [f] dái chết chang, [f] như thế bàng hồ nghi, ăn [g] phải có chết chẳng: [g] mà mlòi hồ nghi làm bệy thì mố cuả cho ma quĩ dối, mà cám dẽõ được: [h] vì ma quĩ tức thì cãi mlòi đức Chúa blòi, mà dối ràng: nào có chết [i] đâu; [i] vì chưng Chúa blòi đã hay, ngày nào bay [k] ăn phải blái nầy, [k] thì mố con mắt bay ra, được chức bàng Chúa blòi, mà biết sự lành sự [l] dữ: [l] bệy thì ma quĩ dẽám bố làõ ghen ghét cho đức Chúa blòi là [m] đức Chúa cả: [m] như thế bàng đức Chúa blòi chẳng cho người ta biết [n] sự lành sự dữ, [n] mà vì sự ấy cấm blái cây ấy, [o] [o] cho kẻo người ta được chức bàng đức Chúa blòi, biết lành dữ ru. [p] Mà [p]

Dei

vt aſtuti ſerpentis vocem audiens, q *præceptumque* q
Dei abÿciens, extendit manum ad fructum vetitum & decepta comedit, multipliciter errans, r *primum quod à viro ſe ſubducens, ſola in paradiſo illo vagaretur.* f *ſi enim cum viro fuiſſet, nequaquam diabolus fuiſſet auſus illam aggredi:* t *huius exemplo diſcant mulieres non vagari ſolæ ſine fideli comite, ne decipiantur;* u *deinde quod contẽplaretur fructum arboris vetiti,* x *ac etiam intra ſe laudaret, tanquam pulchrum oculis, aſpectuque delectabile:* y *vnde etiam forte, præbuit anſam diabolo illam tentandi;* z *vt diſcamus omnes non aſpicere, nec laudare, quod non licet concupiſcere.* a *tertiò errauit in eo quod cum dæmone intra ſerpentem latente ſermonem miſcuit,* b *ſtatim namque ac ſerpentis*

làm bệy đàn bà nghe
mlòi ma quĩ dữ, ơ tlaõ
q con răn quĩ quái, q mà
bố mlòi đức Chúa blòi,
vì tay mềnh cắt lấy blái
cấm, nghe mlòi dỗi mà
ăn, bệy thì lỗy nhều sự.
r r tluớc thì có lỗy, ví dề
chàõ, mà một mềnh đi
choi dữ dài tlaõ vườn
f bui bé: f ví bàng ở cữ
chàõ, ma quĩ thì chẳng
dễám đến cám deỗ bà
t ấy: t hễ là đấn bà thì
phải xem gương nầy
mà hạoc, chớ có đi dữ
dài một mềnh, khi chẳng
có bạn ngay, mà phải kẻ
u gian. u Sau thì bà Eua
có lỗy, vì có xem lâu
x blái cấm, x mà tlaõ làõ
cữ khen ràng, xem thấy
y tốt lành báy: y âu là mà
qui thấy bệy, thì lấy làm
z kịp mà cám deỗ, z cho
hết ta được hay, hễ là
vật gì ta chẳng nên ước,
ta chớ coi lại, chớ khen.
a a thứ bà thì cữ lỗy, vì
nói khó cữ ma quĩ, ấn
b mềnh tlaõ con rán: b vì

chưng khi nghe thấy tiếng con răn, mlễ thì

vocem

vocem audiuit, debuèrat aufugere, [c] *virum quærere, atque illi venenatas illas ſerpentis ſuggeſtiones referre,* [d] *nec vllum ſerpenti reſponſum dare, ne deciperetur,* [c] *ſed quia temerè reſpondit facilè decepta eſt,* [f] *hoc docet mulieres cum incognitis non facilè miſcere ſermonem,* [g] *maximè cùm ſunt ſolæ, ne decipiantur.* [h] *Denique maximè peccauit mulier eo, quod præceptum & comminationem certam mortis, quam Deus affirmanter prædixerat,* [i] *in dubium reuocauit Eua cum dixit, ne fortè moriamur:* [k] *ex quo dubio ſumpſit anſam diabolus mentiendi,* [l] *& abſolutè negandi futuram talem mortis pœnam, dicens: nequaquam moriemini;* [m] *vt diſcamus omnes, nullo modo titubare, neq; in dubiũ reuocare verba Dei, ne grauiter peccemus;* [n] *quia Deus vt potè quinouit omnia etiã, ante-*

[c] phải tlốn tức thì, [c] đi tìm chàõ, mà nói ra cử những mlòi đọc dữ ếy, con rắn dễỏ dềành giục

[d] làõ làm ſao, [d] mà chớ blả mlòi gì nó, kẻo mạc

[c] mlòi đới: [c] ſaõ le vì đã thưa những mlòi láo

[f] dáo, thì cháõ phải ſa cám deỏ, [f] ſự nầy dễay đần bà, chớ có dể nói khó cử kẻ chảng biết là ai,

[g] nhít là khi ở một mềnh cho kẻo phải gian tà.

[h] ſau hết đần bà có tội lám, vì mlòi thật đức Chúa blòi răn, mà chảng

[i] giữ thì đe chết that, [i] Eua lếy làm hồ nghi ềệy

[k] ràng, phảy ăn có chết chang: [k] mà mlòi hồ nghi làm ềệy, thì có mở đàng cho ma quỉ dối blả

[l] [l] mà chối ềệy ràng: chảng có phải chết đâu;

[m] [m] ềệy cho ta hết thay thải haọc ſự mlòi đức Chúa blòi, chớ có dái dối ſốt, chớ có lếy làm

[n] hồ nghi, mà lỗy lám: [n] vì chưng đức Chúa blòi

quam

quam fiant : ° *non potest* • *falli nec potest Deus falle-*
re aliquem P *vt pote su-* P
prema & infinita Veritas
& Bonitas. q *sed potius* q
omnia tela inimici ignea
extinguere debemus, r *assu-* r
mentes spirituale scutũ fidei,
ac ei resistere fortes in
fide. f *Taceo inordinatum* f
sciendi appetitũ, quem ha-
buit mulier, t *fidem quo-* t
que præstans diabolo dicen-
ti. *Eritis sicut Dij*. u *qui* u
appetitus sciendi, illam
potius ad præuaricationem
induxisse videtur, quam
appetitus cibi & gustus,
x *non enim deerant in* x
Paradiso alij fructus lon-
gè pretiosiores, z *præcipuè* y
arbor vitæ, quæ erat in
medio Paradisi, y *& de qua* z
sicuti & de alijs omnibus
habebant facultatem pri-
mi parentes sumendi ad
libitum, a *præterquam* a
de vna illa scientiæ boni
& mali arbore, à Deo ve-
tita.

đã biết hết mọi sự, dù mà chưa có sự ấy, vì bởi ấy chẳng có ai dối được đức Chúa blời:
° ° mà lại đức Chúa blời chẳng có dối được ai,
P P vì chưng là nhứt thật thà vô cữ, lão lành vô
q cữ bởi: q sao ta phải lấy mlời đức Chúa blời ta
r tin, r lấy như thoản thieng, mà tát hết tên lửa, ma quỉ bỏ cho ta, bởi ta lấy mlời tin, mà ố
f răn mạt cữ nó. f Chẳng kể sự đần bà ước cho
t biết láo dáo bởi, t mà tin mlời quỉ khi ràng, được chức bàng Chúa blời,
u u âu là sự muấn láo dáo ấy cho biết, có giục lão Eua phạm tội, hơn sự
x thèm ăn: x vì chưng tlao vườn bui bé chẳng có thiếu gì blái khác tốt
y hơn xa lám: y nhứt là có cây sóũ lâu, ở giữa vư-
z ờn bui bé, z mà đức Chúa blời cho tổ tữ ta ăn, và blái ấy sóũ lâu,
và blái khác đầu lão, a có một blái ấy biết lành | a biết dữ, đức Chúa blời cấm mà thôi.

b *Neque*

b *Neque contenta fuit mulier edere de fructu prohibito,* c *sed etiam virum ad idem peccatum induxit:* d *cum enim diabolus Adamum solus immediatè aggredi non fuisset ausus,* e *quem tamen præcipuè supplantare intendebat,* f *vt scilicet in illo tamquam in capite totam humani generis massam corrumperet,* g *ideò mulierem induxit vt viro fructum vetitum offerret.* h *Adam igitur videns sociam suam, quam vnicè amabat, iam fructu vetiti esu corruptam,* i *non illam, vt debuerat, reprehendit,* k *sed potius eius exemplum secutus, etiam ipse comedit fructũ à muliere oblatum;* l *non quod Adam fuerit deceptus,* m *optimè namque nouerat, se in præceptum, si ederet, impingere,* n *& gratiam, & amicitiã Dei cum Iustitia originali amittere,* o *tam pro se quàm pro toto humano genere,* p *hicque per peccatum*

b b Mà đẫn bà ăn blái cấm c chẳng lẽy làm bùa, c lại giục làõ chàõ cũ phạm d tội ấy: d vì chưng khi ma quỉ đến cám dỗ oũ Adam, một mình chẳng e dễám, e mà nhít là có í muẫn làm cho oũ Adam f ngã, f bẽy thì làm hư đầu, cho cả và lõài ngư- g ói ta nát bõi: g nhin vì sự ấy thì giục đẫn bà lẽy blái cấm, mà dưng cho h chàõ. h ấy bẽy mà oũ Adam thấy bạn mình yêu hết làõ, đã ăn phải blái i cấm, mà hư, i chẳng lọ là chẳng có máng, mà mlẽ k thì đã máng; k lại bắt chước bạn, mà ăn phải blái ấy, đẫn bà dưng l cho: l saõ oũ Adam chẳng có phải mlòi nhứ nhẳm m đâu: m vì chưng oũ Adam đã biét tỏ tường, n ăn thì phạm răn, n mà bỏ mất *gratia*, là nghĩa cũ đức Chúa blòi, lại bỏ o mất nhin đức đầu o cho mềnh, lại bỏ mất cho cả và lõài ngưòi ta nữa, p p mà bẽy phạm tội thì

mortem

mortem incurreret, tàm corporis, quàm animæ, q *cum alijs innumeris malis quæ ſubiturus erat, tum ipſe, tum vniuerſa eius proſapia:* r *nimius tamen amor quo ſociam proſequebatur, illum ad tot tantaque mala ſcientem ac volentem induxit,* s *& fortè ne ſociam contriſtaret, non dubitauit præceptum Diuinum infringere,* t *atque edere de fructu à Deo vetito.* u *Statim poſt peccatum cæperunt erubeſcere primi Parentes,* x *quòd nudi eſſent, & folia ficuum conſuerunt ad tegendum ſe,* y *Cùmque audiſſent vocem Dei deambulantis in paradiſo* z *timuerunt, & abſconderunt ſe in medio paradiſi:* a *(ſibilem enim aliquam figuram videtur aſſumpſiſſe Dominus Deus vt illos argueret:)* b *ſed quomodo latere poſſent, aut effugere Diuinum oculum, omnia clariſſimè intuentem.* c *Vocat igitur Dominus Deus*

phải chết và xác và linh
q hồn, q cũ phải những sự
khốn nạn mềñnh, vô hồi
vô số, cũ cả và họ mềñnh
r nữa phải bệy: r ſaõ le
bởi yêu bạn đã quá, dầu
đã hay có phạm những
sự tai vạ làm bệy, cũ
s chọn chịu bệy, s mà kẻ u
mất lào bạn, âu chẳng nè
phạm răn đức Chúa
t blời, t mà ăn phải blái
đức Chúa blời cấm bệy.
u u Phạm tọi đoàn thì tỏ
tú ta tức thì hổ ngươi,
x x vì mềñnh ở tlần tluầng,
mà lấy lá cây vả, mầy
x lại che mềñnh. y khi ấy
thấy tiếng đức Chúa
blời đi lại tlaõ vườn
z bui bé, z thì ſợ hãi, mà
ẩn mềñnh giữa vườn bui
a bé bệy: a (âu là đức
Chúa blời có lấy hình
tượng nào, cho tổ tú ta
thấy đượ c, mà bệy
b trách tổ tú ta:) b ſaõ le
nào có ăn mềñnh đượ c,
hay là tlánh cón mắt đức
Chúa blời, đã thấy hết
c mọi sự rứt tổ tượng. c
bệy thì đức Chúa blời

Adam, & dicit, Vbi es?
[d] *proprio territus peccato*
respondet Adam. [e] *Vocem*
tuam audiui in paradi-
so & timui, [f] *eò quod nu-*
dus essem, & abscondi me.
[g] *Rursus Dominus ad illum:*
Quis enim indicauit tibi
quod nudus esses? [h] *certè*
quod ex ligno, quod præce-
peram tibi ne comederes,
comedisti. [i] *nam priùs cùm*
adhùc esset cum innocentia
originali primi parentes, [k]
quamuis nudi essent, non
erubescebant, [l] *at post pec-*
catum, rebellionem carnis
sentientes, [m] *iam de nudi-*
tate erubescebant; [n] *cùm-*
que Dominus Adæ suum
obijceret peccatum, [o] *vt*
illud Adam ingenuè fatere-
tur, sicque facilius veniam
consequi posset: [p] *maluit*
ipse reijcere peccatum suũ
in mulierem, & indirectè
in ipsum etiam Deum, di-
cens: [q] *Mulier, quam dedi-*
sti mihi sociam, dedit mi-

gọi oũ Adam ràng: mầy
[d] ở đâu? [d] oũ Adam thì
sợ, vì có tội, mà thưa
[e] ràng: [e] tôi lạy đức Chúa
blời, tôi đã nghe tiếng
đức Chúa blời, tlaõ vư-
èn bui bể, mà tôi sợ
[f] hãy, [f] vì tôi tlền tluầng,
[g] thi tôi ẩn mềnh. [g] đức
Chúa blời lại phán ràng:
ai bão mầy, cho mầy hay,
[h] mầy ở tlền tluầng? [h] thạt
bởi mầy ăn phải blái
[i] tao đã cấm mà chớ: [i] vì
chưng khi tổ tũ ta hay
còn lành, giữ bọn nghĩa
đầu hết đức Chúa blời
[k] cho, [k] dầu tlền tluầng,
cũ chẳng có hổ ngươi:
[l] [l] saõ le phạm tội đoạn,
vì mềnh xác có ngịch,
[m] [m] cũ linh hồn, mà tlền
[n] tluầng, thì hổ ngươi: [n]
khi ấy đức Chúa blời
bỏ tọi oũ Adam tlước
[o] mạt oũ ấy, [o] cho oũ ấy
xưng ngay tội mềnh, mà
nghi chịu đượ tha bệy,
[p] [p] saõ le oũ Adam có chọn
bó tội mềnh tlên đần
bà, mà bệy cũ nhữ bó tlền đức Chúa blời, ràng:
tội lạy đức Chúa blời, [q] đần bà đức Chúa blời [q]

[u] chẳng có phếp naò dưới
đức Chúa blòi cấm đước lại đâu. [ſ] bệy thì đức
[x] Chúa Ieſu ra ruớc ỏan gia
mình, mà hỏi nó ràng: [t] hỡ bay có tìm ai? nó
thì thưa ràng: ta tìm Ieſu Nazareno. [u] Lại đức Chúa
Ieſu phán ràng: Ieſu là tao. [x] bòũ chóuc khi đức Chúa

vocem, [y] *ceciderunt retrorſum omnes inimici Domini*, [z] *nec ſurgere vnquã potuiſſent*, *niſi pius Dominus iterum interrogans, quẽ quærerent*, [a] *illos ſurgere permiſiſſet*, *& illis ſe ipſum tradidiſſet*, [b] *prohibens tamen ne quem è ſuis caperent*. [c] *At Petrus videns impios illos in Dominum irruentes*, [d] *tanquam lupos feroces*, *in agnum manſuetiſſimum*, [e] *id ferre non valens*, *exerit gladium ſuum*, [f] *& percutit vnum ex illis*, *& abſcindit auriculam eius*. [g] *At benigniſſimus Dominus*, *& Petro vetat*, [h] *ne gladio amplius vtatur*, *ſed in vaginam mittat*, [i] *& impijs iam Dominum comprehendentibus imperat*, [k] *ſinite vſque hùc*, *vt ſcilicet impio illi auriculam reſtituat*, *pro malo reddens bonum*. [l] *Cùmque iam Dominum comprehendiſſent*,

Ngày thứ bảy

Ieſu nói ra một đẽu ấy,
[y] các ǒan gia đức Chúa
[z] Ieſu thì ngã ra hết; [z] mà
dậi lại chẳng đươc nữa,
cho đến đức Chúa Ieſu
[a] hói nó lại có tìm ai? [a] mà
cho nó dậy, và tlao mình
[b] cho nó, [b] ſaõ le có cấm,
mà chẳng cho bắt đấy
[c] tớ naò mình. [c] Lại oũ
thánh Pedro thấy cǒên
dữ ấy chạy bắt đức
[d] Chúa Ieſu, [d] như chó ſói
dữ bắt con chien rứt
[e] lành, [e] chẳng chịu đươc
[f] ſự ấy, thì rứt gươm ra, [f]
mà đánh một thàng tlaõ
cǒên dữ ấy, phải chém
[g] tai nó: [g] ſaõ le đức Chúa
Ieſu rứt nhin, và bảo oũ
[h] thánh Pedro, [h] xể gươm
đĕào chẳng cho dữ nữa,
[i] [i] vầ khiến những cǒên
dữ ấy, khi đã bắt lấy
đức Chúa Ieſu, phán
[k] ràng: [k] hãy khǒan một
gey đã, vì chưng đức
Chúa Ieſu khiến blả tai
lại cho thàng dữ ấy, mà
làm lành cho nó, thay
ſự dữ nó làm cho mình; [l] khi ấy dầu cǒên dữ đã bắt [l]

tenere

tenere non potuerũt, [m] *quia ſe teneri non patiebatur Dominus; niſi priùs illius nequam ſanaret auriculam;* [n] *qua per ſolum contactum ſanata, ſe iterum illis permiſit, dicens:* [o] *hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.* [p] *Comprehenſum itaque Dominum Ieſum ducunt ad Pontificem, Caipham nomine,* [q] *is enim dederat conſiliũ Iudæis, vt Dominum occiderent:* [r] *Interrogante igitur Caipha Dominum de doctrina, & diſcipulis;* [ſ] *humillimè reſpondet Dominus, & veriſſimè;* [t] *Quid me, inquit, interrogas? ego palam locutus ſum in Synagogis,* [u] *interroga eos, qui me audierunt.* [x] *Tali reſponſo prudentiſſimè dato à Domino,* [y] *vnus aſſiſtens miniſtrorum impiiſſimè manum attollens,* [z] *dedit alapham Domino, dicens: Sic reſpondes Ponti-*

đức Chúa Ieſu, cầm lại
[m] chẳng đượ̣c, [m] vì đức
Chúa Ieſu chưa cho nó
cầm mình, mà khiến
cho tai thàng dữ ấy lành
[n] đã: [n] đến khi tay đức
Chúa Ieſu đá đến tai nó,
mà tức thì lành, đoạn
[o] thì cho cõên dữ ấy bắt
mình, phán ràng: [o] giờ
nầy là giờ bay, và phép
[p] tối tam ấy: [p] cõên dữ
bắt đức Chúa Ieſu đoạn,
thì đam đi cho thầy cả,
[q] tên là Caipha; [q] là kẻ
giục cõên Iudæo giết
[r] đức Chúa Ieſu. [r] ấy
Caipha thì hỏi đức Chúa
Ieſu mời dạy dỗ, và
[ſ] sự đầy tớ làm ſao? [ſ] Mà
đức Chúa Ieſu rứt khi-
em nhưâng, và rứt thạt
[t] thưa ràng: [t] ſao thày cả
có hỏi ta sự ấy? ta đã
nói tlaõ nhà thánh giảng
[u] chung, [u] thày cả thì phải
hỏi kẻ đã nghe ta giảng,
[x] mà chớ. [x] khi đức Chúa
Ieſu có thưa đều khôn
[y] ngõan ấy, [y] có thàng
đầy tớ nào dứng đấy dữ tợn, cất tay lên, [z]
mà đánh mạt đức Chúa Ieſu, đã một cái, ràng: mày

ficis

ſici? [a] at benigniſſimus Dominus, manſuetiſſimè tantam iniuriam ferens, [b] noluit tamen tacere, ne Pontifici videretur iniurius, [c] ſed humillimè reſpondẽs: ſi malè inquit, locutus ſum, [d] teſtimonium perhibe de malo: ſi autem benè cur me cædis? [e] cùm autem multi falſi teſtes conuenirent contra Domtnum Ieſum, [f] conuenientia tamen eorũ teſtimonia non erant: [g] tanta enim erat Domini vitæ puritas, & Innocentia, & ita omnibus nota, [h] vt nihil omninò poſſent aduerſarij obijcere, quod vel vmbram peccati haberet. [i] Cùm ergo ſummo mane Dominum Ieſum duxiſſent in concilium ſuũ; [k] Pontifex ille Caiphas nomine: [l] adiuro te, inquit, per Deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus

Ngày thứ bảy

thưa thầy cả làm ḍệy
a ru? [a] mà đức Chúa Ieſu
rứt lành, có chịu thàng
b dể người tùng ếy: [b] ſaõ
le chẳng chịu ở lạng,
kẻo người ta ngờ đức
Chúa Ieſu có dể thày
c cả, [c] mà rứt khiem như-
ầng thưa ràng: ví bàng
ta đã nói đều chẳng nên,
d [d] mây làm chứng ſự lỗy:
mà ta đã nói phải mlễ,
e ſao mầy đánh ta? [e] khi
ếy cũ có nhều chứng
dối bỏ vạ cho đức Chúa
f Ieſu, [f] ſaõ le những
chứng ếy đã tỏ là dối
g blả, mà chẳng phải; [g] vì
chưng nết na đức Chúa
Ieſu, những ſự đức,
những ſự lành, mà thi-
h en hạ cũ đã hay, [h] cho
nên ǒangia chẳng có bố
được đí gì, mà có hình
i lỗy một chút gì ſốt. [i] Vì
ḍệy khi ſáng ngầy ſớm
có đam đức Chúa Ieſu
nơi các thày họp lại:
k [k] mà có quan đạo ếy, tên là Caiphas, nói cũ đức
l Chúa Ieſu ràng: [l] tao lếy phép đức Chúa blời hàng
ſóũ ḍệy, mà khiến mầy nói ra cũ tao, mầy phảy là

Fi-

Filius Dei benedicti? [m] *& Dominus dilucidè reſpondiſſet, ſe eſſe Chriſtũ Filiũ Dei viui,* [n] *quem in fine mundi viſuri erant, venientem in nubibus cæli, cum Maieſtate magna,* [o] *ſtatim impius Pontifex pÿſſimum Dominum blaſphemiæ accuſat,* [p] *quem vt verum ſuum Dominum venerari debuerat,* [q] *& dolorem fingens, ſcindit veſtimenta ſua,* [r] *& vitæ totius auctorem reum eſſe mortis impÿſſimè pronuntiat,* [ſ] *eamdemque mortis ſententiam reliqui eiuſdẽ farinæ homines confirmãt,* [t] *& communi conſenſu ad regni Præſidem Pontium Pilatum,* [u] *qui loco Imperatoris Romanorum adminiſtrabat Iudæorum regnũ,* [x] *ducunt Dominum innocentiſſimum tanquam mortis reum.* [y] *Pilatus, qui benè nouerat, in Domino*

con đức Chúa blời cả sáng mây làm Chriſto chang? [m] mà khi đức Chúa Ieſu thưa tỏ tường mình thạt la Chriſto Con đức Chúa blời, [n] hàng sóũ bệy, [n] đến khi tận thế lại thấy đến tlên cái mây ở blời, mà có phép tác mlớn bệy. [o] [o] Thoát chóuc khi ếy quan đạo quỉ quái, thì cáo đức Chúa Ieſu rứt nhin, như kẻ phạm mlời chê đức Chúa blời; [p] mlẽ thì nó phải kính đức Chúa Ieſu như thạt Chúa mình, [q] ſaõ le nó giả là sàu não, mà xé áo mình ra, [r] và nói ra đều rứt quỉ quái, mà khiến đức Chúa Ieſu, là cội rễ đàu mọi sự sóũ, [ſ] thì đáng chết; [t] mlời dũ ếy các thày quỉ quái cũ theo như bệy, [t] và hỏà thỏận cũ nhau, mà đam đức Chúa Ieſu, là rứt lành, nộp cho Pontio Pilato, [u] là quan cả tri nước ếy, thay vì bua Chúa nước Roma, [x] mà khiến đức Chúa Ieſu đáng chết. [y] Saõ le Pilato, vì đã hay đức Chúa Ieſu chẳng

nihil

nihil eſſe culpæ, [z] *ſed ſolum ex inuidia illum traditum, varijs modis curat liberare eum à morte iniuſtiſſima;* [a] *nam ideò ad Herodem cauſam remittit, vt ab illa ſe liberet:* [b] *deindè ad ſe ab Herode remiſſum,* [c] *proponit vt liberetur à turba, potius quam ſceleſtus quidam Barabbas,* [d] *quem data opera ſimul proponit liberandum,* [e] *vt nimirum reiecto ſceleſtiſſimo Barabba,* [f] *innocentiſſimum potius Ieſum eligant, & à morte liberent:* [g] *at malignis Pontificibus ſuadentibus, inepta turba Iudæorum,* [h] *quæ innumera à Domino acceperat beneficia,* [i] *& paucis ante diebus Dominum, vt regem Iudæorum acclamarat,* [k] *nunc Barabbam homicidã ſceleſtiſſimũ præeligit,* [l] *& innocẽtiſſimum Dominum ad atrociſſimam Crucis ne-*

Ngày thứ bảy

có lỗy gì, mà nhữ-ng kẻ ghen ghét có nộp làm [z] bệy, [z] thì kiếm đàng nọ, đàng kia, mà chữa đức Chúa Ieſu, cho khỏi ſự chết tlái mlẽ rứt mực: [a] [a] nhin vì ſự ấy Pilato gưởi việc ấy cho Herode, mà mình khỏi xét: [b] [b] ſau nữa khi Herode lại gưởi đức Chúa Ieſu [c] lại, [c] Pilato làm chước, cho dên Iudeo xin tha đức Chúa Ieſu, hơn thàng dữ tợn là Barab- [d] ba, [d] mà vì ſự ấy đã có í bí đức Chúa Ieſu cũ thàng dữ ấy, khi chọn [e] tha ai: [e] cho dên Iudeo đề thàng Barabba rứt [f] quí quái, [f] mà chọn đức Chúa Ieſu rứt lành, chữa [g] bệy keó chết. [g] Saõ le vì nhữ-ng thày dữ ấy thì [h] dễ dên Iudeo dại, [h] đã chịu ơn đức Chúa Ieſu [i] kẻ chẳng xiết, [i] và mới ngày thước hui mãng đã nhìn, và xưng đức Chúa Ieſu là hua Chúa nước Iudeo, [k] mà bây giờ thi chọn thàng Barabba rứt dữ [k] tợn, đã giết bỏ ngưởi, cho nó ſống, [l] mà đòi giết đức [l]

cem

cem depoſcit. [m] *Barbaram aliam viam init Pilatus, vt Dominum à morte liberet;* [n] *flagellandum nempe Dominũ militibus tradit crudeliſſimè,* [o] *vt vel ſic placati impij Iudæi,* [p] *à morte Domini petenda deſiſtant:* [q] *quod quidem Milites exequuntur crudeliſſimè:* [r] *cùm enim Iudæorum mos eſſet, vt in flagellando, quadraginta plagas non excederent, imò neque explerent:* [s] *tamen atrociſſimas ſupra Dominum plagas ita multiplicarunt; vt quinquies mille ſuperarent.* [t] *Illam flagellationem niſi Dominus Diuina virtute toleraſſet,* [u] *mortemque per miraculum impediſſet,* [x] *procul-dubiò in flagellis illis atrociſſimis vitam erat finiturus:* [y] *ſed hæc omnia pati voluit,* [z] *propter innumerabilia peccata noſtra.*

Chúa Ieſu, đáo đanh tlên
[m] Crus. [m] Pilato thấy ḍệy, lại kiém chước khác dỡ ráp, mà chữa đức Chúa
[n] Ieſu, keó chết, [n] vì chưng có tlao đức Chúa Ieſu cho cỡên, mà khién đánh đòn cho nát hết mình
[o] người, [o] mà ḍệy cỡên Iudeo, dầu dữ, thấy đức Chúa Ieſu khôn làm
[p] ḍệy, [p] thì thương, mà
[q] đừng đòi giết nữa, [q] ſaõ le cỡên dữ tợn ếy có đánh đức Chúa Ieſu qua
[r] mực gia giết: [r] vì chưng bủan thói nước Iudeo, khi ai phải đánh đòn, chẳng lọ là chẳng qua bốn mươi đợn, mà lại chẳng
[s] đếy bốn mươi: [s] ſaõ le khi đánh đức Chúa Ieſu, thì đánh đi đánh lại cho nên qua nam nghìn đòn
[t] kực nạng: [t] ví bàng đức Chúa Ieſu chẳng dỉ ſức bề tlên mà chịu đòn ếy,
[u] [u] và chẳng làm phép lạ cho khỏi chết, [x] thật là khi chịu đòn ếy, kực nạng làm ḍệy, thì phải hết hơi, mà chết. [y] ſaõ le đức Chúa Ieſu thì khién chịu bấy
[z] nhêu nạn ếy, [z] vì chưng tội chúng toi nhều, kể

[a] *Neque*

[a] *Neque hac feritate in Dominum Ieſum, agnum innocentiſſimum, contenti fuere milites efferati;* [b] *ſed aliud excogitauere diabolicum inuentum:* [c] *nam acutiſſimis, & prælongis ſpinis coronam ſupra manſuetiſſimi Domini Ieſu caput intexuere,* [d] *ita vt in Diuino ſuo capite ſeptuaginta duo vulnera ex illis ſpinis, tunc primum ſit paſſus:* [e] *deinde chlamydem coccineam veterem circundederunt Domino milites impij,* [f] *& arundinem dederunt in manum eius,* [g] *tum illudentes, flexo altero poplite, dicebant: Aue Rex Iudæorum,* [h] *& conſpuentes in eum, arundine percutiebant Diuinum caput, ſpinis illis acutiſſimis transfixum,* [i] *dolorem ſimul, & ignominiam incomparabilem ferente mitiſſimo Domino.* [k] *Pilatus ergo Dominum Ieſum in miſero illo ſtatu videns,*

[a] chẳng xiết. [a] Mà lại cỏên dữ ấy dầu đã lành những sự dữ tợn ấy, tlên mình đức Chúa Ieſu có chịu như con chien rứt lành, mà nó [b] chưa đủ: [b] lại kiếm chước khác, bởi mà quì [c] giục lão nó lấy; [c] vì nó lấy cái gai dài, và nhọn, mà đáo như triều thien, tlên đầu đức Chúa Ieſu, [d] rứt nhin, [d] cho nên khi đầu hết ấy có chịu bảy mươi hai dấu tlên đầu, thạt là đầu đức Chúa, [e] blời, mà chớ: [e] lại cỏên dữ ấy lấy tấm aó đỏ cũ, mạc tlên mình đức Chúa [f] Ieſu, [f] cũ lấy cây nứa để tay đức Chúa Ieſu, [g] [g] mà cười nhạo, quì một đầu gối ràng: ta chaò chua Chúa dên Iudæo; [h] [h] lại giỏ ra mạt, và lấy nứa ấy, mà đánh đầu thánh đức Chúa Ieſu, những gai đã thâu chặt, [i] [i] cho nên đức Chúa Ieſu rứt nhin, chịu và khốn, và xấu hổ rứt mục, ta liệu chẳng đươc. [k] đến khi Pilato coi thấy đức Chúa [k]

[l] *puta-*

l *putauit ex eius aſpectu inimicos Domini ſore placandos:* m *eduxit itaque Dominum foras portantem ſpineam coronam,* n *& purpureum veſtimentum, dicens: Ecce homo.* o *hoc eſt, ecce ille, quem vos dicitis regnum veſtrum affectaſſe,* p *in tali figura, & adeò miſerabili poſitus eſt, vt ne hominis quidem figuram retineat.* q *Iudæi verò tantò magis in Dominũ increduleſcentes, & feris ipſis crudeliores,* r *vehementiùs expoſcunt, vt crucifigatur.*

l l thì ngò các ŏan gia người, xem hình đã kực tùng ấy, thì thương mà ra lành: m vì bệy có đam đức Chúa Ieſu ra ngŏài, có đội n triẽu thien gai, n và mặc tấm áo đỏ cũ, mà ràng: o nây là người. o như thế ràng: ấy là người ấy, bay cáo đã ước làm đua Chúa nước bay, p mà bây giờ đã có hình khôn tùng ấy, cho nên q mất hình người. q Saŏ le dến Iudeo càng ra làŏ dữ tợn, hơn muâng dữ nữa, mà càng ghết r đức Chúa Ieſu, r càng đòi đáŏ đanh tlên cây hơn nữa, mà giết người.

f *Cumque Pilatus cerneret ſe nihil cum populo illo nequam proficere,* t *ſed magis tumultum fieri, lauit manus coram populo, dicens:* u *innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis.* x *Iudæi autem clamabant, ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios*

f f Saŏ le Pilato thấy chước mình chẳng nên gi mà mở làŏ dên quải ấy, t lại càng hỏn hào, thì có rửa tay tlước mạt dên, mà ràng; u tao chẳng biết sự gì việc đỡ máu người lành nấy, bay sẽ hay. x mà dên Iudeo kêu ràng: máu nó tlên ta,

noſtros: [y] *quin etiam uxor* [y]
Pilati miſit ad eum, dicens: [z] *nihil tibi & iuſto* [z]
illi, multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter illū. [a] *Quare Pilatus quærebat modum,* [b] *quo Dominum Ieſum à furore Iudæorum eriperet, atque à nece.* [c] *Hoc intelligentes* [c]
Iudæi, ut Iudicem à rectitudine deflecterent, [d] [d]
Cæſaris illi obïciunt iram; ſi hunc, inquiunt, dimittis non es amicus Cæſaris: [e] *omnis enim qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari.* [e]
[f] *Tantum ponderis hæc verba cum iniquo iudice habuerunt,* [g] *ut illum Iudæi in ſuam ſententiam traxerint,* [h] *& ſtatim Innocentiſſimū Dominū tradiderit voluntati eorum,* [i] *ut agnum manſuetiſſimum crudelium luporum rabiei.* [k] *Neque Dominus Ieſus ullum verbum in ſuam defenſionem proferre*

Ngày thứ bẫy

và tlên con cái ta, thì
[y] ta chịu. [y] Lại có bọ Pilato gười mlò̀i cho chàõ
[z] ràng: [z] oũ chó̀ có lộn việc mình, bối việc người thánh ấy, vì chưng tôi đã phải thấy rày nhều sự, hiện ra vì người ấy.
[a] [a] Vì bệy Pilato còn kiếm khi ấy chước naò,
[b] [b] mà chữa đức Chúa Ieſu, cho khỏi làõ dữ tơn dên Iudeo, mà kẻo
[c] chết. [c] Khi dên Iudeo hay được sự ấy, cho
[d] quan bỏ đàng ngay, [d] thì đe bua Chúa Cæſar cỡ̆, mà ràng: ví bàng oũ tha người nầy, oũ bất nghĩa
[c] cũ Cæſar: [c] vì chưng ai nấy xưng mình là bua Chúa thì hủy bàng Cæſar. [f] Mlò̀i nầy thì nạng
[f] bấy nhêu tlaõ làõ quan
[g] vạy, [g] cho nên quan theo í dên Iudeo: [h] vì
[h] chưng tứ̆c thì có tlao đức Chúa Ieſu rứ̆t lành,
[i] mạc í làõ dên ấy, [i] như thế tlao con chien rứ̆t hiền, mạc í chó ſói dữ. [k] Mà đức Chúa Ieſu chẳng có
[k] *voluit,*

voluit, [l] *ne Paſſionem ſuã,* [l]
& mortem, quam iuxtà
Patris æterni voluntatem
patiebatur, vllo modo im-
pediret; [m] *quod ſilentium* [m]
quamuis miraretur Præſes
vehementer, [n] *ſimul &* [n]
Domini Ieſu innocentiam
haberet perſpectam, [o] *ini-* [o]
quiſſimè nihilominus tra-
didit inimicis occidendũ.
[p] *Ergo illi purpuream chla-* [p]
mydem à Domino Ieſu au-
ferentes, [q] *induunt illum* [q]
veſtimentis ſuis, [r] *vt ni-* [r]
mirum benè notus omni-
bus incederet ad ſuppli-
cium, [ſ] *Crucem poſtea gra-* [ſ]
uiſſimam Domini humeris,
ex recenti flagellatione
atrociſſima laceratis, im-
ponunt, [t] *vt in Caluariæ* [t]
montem, in quo crucifigen-
dus erat, ſic oneratus in-
cederet; [u] *cùm tamen vi-* [u]
derent Dominum Ieſum
tanto Crucis oneri ſuccum-
bere, [x] *timentes ne in ip-* [x]
ſa via Dominus moreretur, antequam Cruci affi-

Ngày thứ bảy 221

nói một đều gì chữa
[l] mình ſốt, [l] kẻo trở mình
chịu chết, vì khi đức
Chúa Ieſu chịu nạn, thì
theo í đức Cha hàng ſóũ
[m] bệy. [m] Mà ſự đức Chúa
Ieſu ở lạng thế ếy, dẫu
quan thấy mà hãi lám,
[n] [n] và hay biét tó, đức
Chúa Ieſu là người hi-
ền lành, chẳng có lỗy
[o] ſự gì, [o] ſaõ le quan ếy
có phạm ſự vạy rứt mục,
mà tlao đức Chúa Ieſu,
cho ŏan gia giết bệy.
[p] [p] Khí ếy nó thì cất lếy
tấm áo đó, ở tlên mình
[q] đức Chúa Ieſu, [q] mà nó
khiến mạc áo mình quen,
[r] [r] cho thien hạ hay, ếy
là đức Chúa Ieſu đi chịu
[ſ] tội. [ſ] Sau thì nó lếy cây
Crux nạng rạp, mà đế
tlên bẽai đức Chúa Ieſu,
khi mới chịu đánh đọn,
[t] đã nát hết, [t] mà vạc cay
nạng làm bệy, đi tlên
núi Caluaria, nó đã định
đáõ gác Crux đức Chúa
[u] Ieſu tlên núi ếy. [u] ſaõ le
khi nó thấy đức Chúa
Ieſu vác cây Crux nạng chẳng nổi, [x] mà nó dại đức [x]

geretur,

geretur, [y] *prætereuntem quemdam Simonem Cyrenæum addiderunt,* [z] *qui Dominum in ferenda cruce adiuuaret.* [a] *Accidit in ea lugubri via, cùm Dominus Ieſus valdè anguſtiatus incederet,* [b] *totuſq; in ſudorem diffluueret, admixtum ſanguine,* [c] *propter ſpineam coronam, quem in capite fixam gerebat,* [d] *vt deuota quædam mulier, Veronica nomine, linteo duplicato, compatiens Domino,* [e] *Diuinum eius vultum extergeret;* [f] *ſtatimque in eo linteo duplicata effigies anguſtiati vultus Domini per miraculum appareret, in vtraque ſcilicet parte,* [g] *quarum altera Romæ in maxima Eccleſia, altera Genuæ ad hanc vſque diem religioſiſſimè cuſtoditur,* [h] *& tum ex imaginis plus quàm humana viuacitate,* [i] *tum ex eo quod linteum nullo ſit colore infectum,*

Ngày thứ bảy

Chúa Ieſu chết dẽọc đàng, khi chưa có đáõ đánh tlên Crux, [y] vì bệy có thêm một nguờ-i qua đàng ếy, ten là Simon Cyrenæo, [z] mà giúp đức Chúa Ieſu vác Crux. [a] ếy bệy mà khi đức Chúa Ieſu đi dẽọc đàng thưâng ếy, nhạoc lám, [b] mà đổ mồ hoi chảy ràõ ràõ, lộn bối máu, [c] vì có triều thien gai đức Chúa Ieſu đội thâu aóc đầu, [d] thì có đền bà hiền lành, ten là Veronica, thưâng xót đức Chúa Ieſu, lếy khăn kép, [e] mà chui mạt nguờ-i, thạt là mạt đức Chúa blờ-i: [f] thõát chóuc, bởi phép lạ, coi thấy tlaõ khăn ếy hình mạt đức Chúa Ieſu chịu khổn khó, có tlaõ hai lần khăn, mà khó mạt gia giết: [g] hai hình ếy còn giữ rày, mà kính lám, một thi ở tlaõ đến thành cả thành Roma hai là ở tlaõ thành Genua, mà thờ gia giét; [h] bệy thì coi hai hình ếy, ſáng tlên phép thọ naò vẽ, [i] lại tlaõ khan ếy chẳng

[k] *ſed*

k *ſed quaſi natiuo ipſius lintei colore Chriſti Domini effigiem referat,* l *Diuinum id eſſe miraculum, clarè perſpicitur.*

Cùm igitur Dominus Ieſus m *ad Caluariæ montem perueniſſet,* n *extra Hieroſolimæ portam, veſtimentis omnibus exutus eſt.* o *in eo Caluariæ loco fertur olim ſepultum Adæ primi hominum parentis caput,* p *ibique Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei Filius, verus Deus & homo innocentiſſimus,* q *cùm expleſſet ætatis annos triginta tres,* r *die 25. Martij, ſub meridiem,* ſ *manibus pedibuſque clauis affixus, in Cruce pro nobis moriturus exaltatus eſt,* t *impletumque eſt illud Dauidis propheticum eloquiũ, iam ante mille annos prolatum:* u *foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraue-*

k thấy thuóc naò blêy, k ſaõ thấy như ſắc khăn, tự nhien, mà có hình

l mạt đứcChúa Ieſu, l thạt là ra tó tưầng, có phép bề tlên đức Chúa blòi, làm viec ếy, mà chó.

m m ếy ợệy mà khi đức Chúa Ieſu đã đến tlên

n núi Caluaria, n ở ngõài cửa thành Ieruſalem, nó bóc hết áo đức Chúa

o Ieſu: o có truyền ràng, đòi xưa noi Caluaria ếy có chôn đầu oũ Adam,

p là tổ tũ ngưòi ta, p mà ở noi đức Chúa Ieſu Chriſto là Chúa chúng toi, cử là một Con đức Chúa blòi, thạt là đức Chúa blòi, cử là ngưòi

q thế rứt lành, q khi đã đếy ba mưoi ba tuổi cử

r ba tháng, r hai mưoi làm tháng Martius, nữa ngày

ſ dồ, ſ có chịu đáõ đanh bốn chên tay tlên cây Crux, mà bêo lên, chịu

t chết vì chúng toi. t ợệy

thì ra sấm truyền oũ Dauid khi hon nghìn năm tlước đã nói, ràng: u nó thàu qua hay tay, và hai chên

u

runt

runt omnia oſſa mea,
x *Dominus autem Ieſus*
tot iniurijs laceſſitus, y *non*
ſolum non indignabatur,
nec vindictam de inimicis
ſuis ſumebat, vt poterat:
z *ſed potius preces pro ijs*
ad Deum Patrem fundens
clamabat, dicens: a *Pater*
dimitte illis, non enim
ſciunt quid faciunt. b *Hãc*
Domini Cruciſixionem Di-
uino ſpiritu præuidens Iſa-
ias cap. 53. ait, c *Non eſt*
ſpecies ei, neque decor: d
vidimus eum deſpectum,
& nouiſſimum virorum,
e *& ſcientem infirmita-*
tem: & quaſi abſconditus
vultus eius. f *Verè langó-*
res noſtros ipſe tulit, & do-
lores noſtros ipſe portauit:
g *& nos putauimus eum*
quaſi leproſum, & percuſ-
ſum à Deo, & humiliatú.
h *Ipſe autem vulneratus*
eſt propter iniquitates no-
ſtras, i *attritus eſt propter*

Ngày thứ bảy

tao, lai nó kể mọi xư-
x âng tao. x Mà đức Chúa
Ieſu khi đã phải ŏan gia
y thế ấy, y chẳng lọ là
chẳng có gẹn nó, cũ
chẳng có blả lại sư dữ,
cho ŏan gia mìng, khi
z làm đươc nó; z mà lại
cầu đức Chúa blòi, là
đức Cha mình, cho nó,
a ràng: a lạy đức Cha,
Con xin đức Cha tha
nó, vì nó chang hay có
b làm đí gì. b Có oũ Iſaya
đòi xưa đã chiụ sấm
truyền bởi đức Chúa
Spiriro Santo, mà thấy
đức Chúa Ieſu có chiụ
đáŏ đanh tlên cây Crux,
đŏan nam mươi ba ràng:
c c người chẳng còn có
hình, chẳng phải tốt lành
d nữa: d mà ta coi thấy như
hình người hền, là rốt
c hết người ta, c là người
hay đau đớn, mà mạt
f người như che đệy, f
thạt người đã chiụ đau
náng vì ta, và khốn khó
g thay ta, cũ đã chiụ lấy: g mà ta ngờ là tặt phũ, đức
h Chúa blòi đã phạt, và hạ xuống đệy. h Saŏ le người
i chiụ phải dễấu vì tội lỗy chúng tôi, chiụ nát hết mình

ſcele-

ſcelera noſtra: [k] *diſciplina pacis noſtræ ſuper eum,* [l] *& liuore eius ſanati ſumus.* [m] *Sicut ouis ad occiſionem ducetur,* [n] *& quaſi agnus coram tondente ſe obmutescet, & non aperiet os ſuum.* [o] *Et cum ſceleratis reputatus eſt.* [p] *Et ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit.* [q] *Vt igitur hæc prophetia impleretur, voluit Dominus inter duos latrones Crucifigi,* [r] *vnum ad dexteram, & alterum ad ſiniſtram:* [ſ] *è quibus, is qui ad ſiniſtram pendebat, blaſphemabat eum, dicens:* [t] *ſi tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum, & nos.* [u] *Alter autem, qui erat ad dexteram, nomine Diſmas, increpabat ſocium, dicens:* [x] *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es?* [y] *& nos quidem iuſtè; nam digna factis recipimus*

[k] vì tội vạ chúng tôi: [k] lại người chịu rói tlên mình, cho ta được bàng [l] an, [l] cũ chịu đánh nối lẫn cho ta đã, mà được [m] lành, [m] có đam đi giết người, như con chiên [n] bệy, [n] lại thước mạt ai cắt tóc mình, thì ở lạng, như con chiên con, mà chẳng có mở miệng ra; [o] [o] cũ lệy người làm bạn [p] bối kẻ gian dữ, [p] lại vạc tôi cho nhều người, và cầu cho kẻ phạm [q] mlời răn. [q] bệy cho blon sấm truyền ấy, đức Chúa Ieſu có chọn cỗên dữ đáo đanh mình giữa [r] hai đứa kẻ tlộm, [r] một ở bân tay mạt, một về [ſ] tay tlái, [ſ] mà đứa ở bêu bên tay tlái thì máng rủa đức Chúa Ieſu, ráng; [t] [t] ví bàng người, là Chriſto, thì chữa mình, và [u] chữa tó. [u] khi ấy người khác, ở bêu bên tay mạt đức Chúa Ieſu, tên là Diſmas, thì máng bạn, ràng: [x] khi mầy đã phải chịu tội cũ, ſao cũ chẳng dái đức Chúa blời? [y] ta chịu

mus: [z] *hic verò nihil mali geſſit.* [a] *Et conuerſus ad Icſum, dicebat:* [b] *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum.* [c] *Cui Dominus benigniſſimè reſpondit:* [d] *hodie mecum eris in Paradiſo.*

[e] *Scripſit autem titulum Pilatus Hebraicè, Grecè, & Latinè.* [f] *Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* [g] *Iudæi verò nolebant titulum eo modo conſcribi, eò quod cauſam Dominicæ mortis contineret,* [h] *volebãt enim, vt exprimeretur, quia ipſe dixit. Rex ſum Iudæorum.* [i] *Sed quia titulus eo modo regente Diuina prouidentia factus erat;* [k] *ideò non permiſit Deus, vt vlla mutatio in illo fieret, quamuis grauiter inſtantibus Iudæis,* [l] *Pilatus enim reſpondit eis: quod ſcripſi ſcripſi.*

Ngày thứ bảy

[z] đã đáng, vì mình làm, [z] thì mình chịu; [z] ſaõ le người nầy chẳng hề làm [a] sự gì lỗy sốt. [a] Lại blở mạt cũ đức Chúa Ieſu, [b] mà cầu làm ḋầy. [b] Tòi lại Chúa, khi đến nước mình, Chúa dớ đến tòi [c] cũ: [c] mà đức Chúa Ieſu thì thưa đều rứt nhin, [d] phản ràng: [d] mầy rày đến ớ cũ tao tlaõ noi ḋui ḋể.

[e] [e] Khi ấy quan Pilato đã chép lịnh đức Chúa Ieſu chịu tội chữ ba nước Hebreo, Greco, Latino. [f] [f] mà chép làm ḋầy: Ieſu Nazareno la ḋua Chúa [g] Iudeo. [g] Iudeo thì chẳng yêu chép lịnh thế ấy, vì tlaõ ấy có mlẽ, ì ſao đức Chúa Ieſu có chịu [h] chết: [h] vì ḋệy nó muấn tlaõ lịnh chép ràng: vì đức Chúa Ieſu xưng mình là ḋua Chúa Iudeo. [i] [i] Saõ le vì lịnh ấy ra làm ḋệy, bởi đức Chúa blời ſửa thế ấy, mà chớ, [k] chẳng cho đổi một chữ gì sốt, dầu dên Iudeo, có đòi ſự ấy lấm: [l] vi ḋệy Pilato có thưa nó ràng: tao có chếp thế nào, thi phải để chép thế ấy, mà chớ.

[m] *Mili-*

m *Milites verò, qui Dominum Ieſum Crucifixerant, diuiſerunt ſibi veſtimenta eius,* n *& tunicam ſumentes, quia inconſutilis erat, dixerunt:* o *Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit.* p *Impletumque eſt illud propheticum Dauidis:* q *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* r *Hæc verò inconſutilis tunica ad hanc vſque diem ſeruatur Treueris.* s *Cuius ciuitatis traditio eſt, inconſutilem tunicam,* t *Chriſto Domino infanti à Virgine Matre confectam,* u *ſemperque ab eodem geſtatam, paulatim cum ipſo creuiſſe.*

x *A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonam.* y *Cuius miraculi magnitudo vt intelligatur, ſciendum eſt,* z *ſolem nunquã pati eclypſim, niſi luna inter ipſum,*

m Mà cõên đáõ đanh đức Chúa Ieſu tlên Crux đõ-ạn, thì chìa áo ngườ-i n cũ nhau: n ſaõ le áo tlaõ, vì chẳng có may gì, thì o lẽy mà ràng: o áo tlaõ nầy ta chớ xe ra làm chi, ta bớ thăm xem ai được p chớ: p mà ḍẹy sấm truyền oũ Dauid ra thạt, khi q ràng: q nó thì chia cũ nhau áo ta, mà tlên cái áo ta mạc tlaõ, thì nó bớ r thăm. r Saõ le áo tlaõ ẽy ở thành Treueris còn s giữ đ'ên rày, s mà có truyền đ'ẽy ràng: áo ẽy t chẳng có may gì, t rứt thành đức Mẹ đã làm ra cho đức Chúa Ieſu, u hãy còn tle: u mà đức Chúa Ieſu mạc áo ẽy lien, khi đ'ên mlớn một khi một chút, mà áo cũ ra dài lien như ḍẹy.

x x ḍẹy từ chính giờ ngọ cho đ'ên đâu l'ết giờ thân, thì mạt blờ-i ra tối, mà cả và thien hạ phải y tối tam mù mịt: y cho ta biết phép lạ nầy là bao

mlớn, thì phải hay, z mạt blờ-i có phải nhệt thực, z

& terram interponatur d.
[a] *Hac enim lunæ interpoſitione, ſolis radij impediuntur, ne ad nos pertingant.* [b] *Quo fit, vt ſolis eclypſis non contingat, niſi in nouilunio:* [c] *in plenilunio autem, cum terra ſit inter ſolem, & lunam, è diametro inter ſe oppoſita;* [d] *tunc luna ſolis radios, ne ad terram perueniant, impedire nequit.* [c] *Cùm verò Chriſtus Dominus Crucifixus ſit in ſolemnitate Paſchali,* [f] *quæ non celebrabatur niſi in plenilunio;* [g] *Diuino tantum miraculo res accidit,* [h] *factumque eſt vt luna, quæ meridiano ſoli tunc temporis oppoſita ſub terra latebat,* [i] *repentè recurrens, & vſque ad meridianum ſolem aſcendens, ſub illo immediatè ſiſteretur,* [k] *eumque non aliquibus tantum terris, vt ſolet,* [l] *ſed vniuerſo mundo eclyp-*

Ngày thứ bảy
một khi mạt blời ở một bên, đất thì ở bên khác, mà mạt blang phái ở giữa: [a] vì chưng khi mạt blang ở giữa làm vậy, thì trở ánh mạt blời, kéo đến ta. [b] Vì sự ấy nhật thực có đến ngầy ba mươi, hay là mòu một mà thôi; [c] ſao le ngầy ràm khi mạt blời ở một bên, mạt blang bên khác xa nhau mà đất ở giữa, [d] khi ấy mạt blang trở ánh mạt blời, kẻo ſoi đất, [e] thì chẳng được. [c] Mà khi đức Chúa Ieſu chịu đáo đanh tlên cây Crux, đang làm lễ cả Paſcoa, [f] mà có làm lễ ấy ngày ràm mà thôi: [g] bởi có phép đức Chúa blời [h] mới có nhật thực ấy, [h] vì chưng khi ấy mạt blang ở ẩn mình nhưdưới đất, khi mạt blời ở tlên, đang nửa ngày, [i] mà thốắt chóuc mạt blang thì lên, cho đến dưới mạt blời ngay, mà che mạt blời, [k] chẳng lọ là che một hai nước, như thường làm, [l] mà lại che cả và thien hạ, cho nên

ſaret,

faret, ita vt denſiſſimæ vbique eſſent tenebræ, quod nunquam aliàs contigit, [m] *& tres integras horas,* [m] *quandiù Saluator in Cruce viuus patiens permanſit, eclypſis duraret,* [n] *quaſi vel ipſa quamuis inanima, cæli lumina,* [o] *tantum ludæorum ſcelus, tantam Filij Dei, omniumque Conditoris ignominiam videri erubeſcerent,* [p] *hoc ab orbe condito inauditum miraculum, cùm Dionyſius gentilis philoſophus, & inſignis mathematicus, Hieropoli in Aegypto vidiſſet, rei nouitate commotus exclamauit:* [q] *Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluetur.* [r] *Cùm verò deinde labentibus annis, Athenis Paulum Apoſtolũ audiſſet diſſerentem de Chriſtiana lege,* [s] *deque Chriſti Domini Paſſione & miraculis, quæ in illa acciderant,* [t] *& præcipuè de*

no mọi nơi phải tối tam mù mịt, chưa hề thấy [m] lần nào làm vậy: [m] mà lại nhệt thực ấy một giờ rưỡi làm tối mạt blời, đang khi đức Chúa Ieſu còn ſống chịu tội tlên cây [n] Crux, [n] như thể đèn [o] blời, dầu chẳng ſống, [o] thì hổ ngươi, mà chẳng cho ai thấy Con đức Chúa blời, làm nên mọi ſự, có chịu xấu hổ từng [p] ấy. [p] Oũ Dionyſio là cỗ ên tử, hay tư thien lám, khi ấy ở thành Hieropoli tlaõ nước Aegypto, mà thấy ſự là, từ đức Chúa blời hóá nên blời [q] đất chưa từng thấy làm vậy, thì kẻo cả tiếng [r] ràng: [q] hai là Chúa cả ſinh mọi lõài, bây giờ có chịu khó, hay là thế giái nầy tận ra. [r] Mà đến ſau, qua mấy năm, khi oũ ấy nghe thấy oũ thánh Paulo, là đấy tớ cả đức Chúa [s] Ieſu, ở thành Athena, giảng đạo thánh đức [t]

Chúa blời, [s] mà kể ſự đức Chúa Ieſu chịu tội, [t] cũ nhén lạ có đến khi ấy, [t] nhứt là kể ſự nhệt thực

inaudi-

inaudita illa ſolis eclypſi,
u *atque in eamdem diem,*
& horam, quam ipſe Hie-
ropoli notarat, incidiſſe
comperiſſet, x *Chriſtianam*
veritatem amplectens ab
eodem Apoſtolo fidem Chri-
ſtianam ſuſcepit.
y *Hora autem nona Domi-*
nus Ieſus clamans voce
magna, z *Pater in manus*
tuas commendo Spiritum
meum. a *Et inclinato ca-*
pite tradidit ſpiritum:
b *moxq, vt hominibus ra-*
tione præditis in vniuerſo-
rum Dominum impiè ſæ-
vientibus, c *inanimes ſal-*
tem creaturæ mœroris, &
luctus ſigna in illius mor-
te exhiberent, d *ecce velũ*
templi ſciſſum eſt in duas
partes, à ſummo vſque
deorſum. e *Terra mota*
eſt: ita vt varijs in Regnis
Vrbes non paucæ debiſcen-
te terra abſorptæ dicantur.
f *Petræ ſciſſæ ſunt: ita vt*
non ſolum in caluariæ loco,
g *ſed in alijs etiam mul-*

Ngày thứ bảy

u lạ ấy: u oũ Dionyſio thấy có đến cũ một ngày, và một giờ, khi mình ở thành Hieropoli, mà xem
x được như vậy, x thì tin và theo đạo thạt, mà oũ thánh Paulo có tlao đạo thánh cho oũ ấy.
y y Hết giờ mùi ſang giờ thân đức Chúa Ieſu kêu
z cả tiếng ràng: z lạy đức Cha, Con phủ linh hồn Con, ở tay đức Cha:
a a ſau thì gục đầu xuống, cho linh hồn mình ra khỏi
b xác: b mà khi người ta, có chúa í mình, ở dữ tợn cũ đức Chúa cả, tlên hết
c mọi ſự, c ít là những lỏài chẳng có hồn, làm hình lọ buồn kháoc laóc, khi
d người chịu chết, d vậy cái màn che đền thánh khi ấy xé ra, từ tlên cho
e đến dười, e mà đất thì phải đọũ, cho nên có tin nước nọ nước kia ràng, có nhều thành ha xuống
f tlaõ đất, mà biến đi: f cũ có hòn đá nhều vỡ ra làm hai, chẳng lọ là ở
núy Caluaria; g mà lạy ở dều nơi khác, nhứt là ở

tis, & præcipuè in Etruria Italiæ Prouincia, Aluerniæ mons, [h] *& in Campania Caietæ promontoriũ, à ſummo ad imum ingenti hyatu diſciſſum fuiſſe dicatur, vt ad hanc vſque diem cerni fertur:* [i] *& monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum ſurrexerunt.*

[k] *Stabat autem iuxtà Crucem Domini Ieſu, hæc omnia ſpectans, afflictiſſima parens Virgo Maria,* [l] *atque incredibili animi dolore de vnici ac dilectiſſimi Filij morte ſaucia,* [m] *ita vt penè exanimis ipſa remaneret.* [n] *Interim venerunt feri milites, & duorum quidem latronum fregerunt crura:* [o] *ad Ieſum autem cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura,* [p] *(vt impleretur Scriptura, quæ dicit; os non comminuetis ex eo,)* [q] *ſed vnus militum lancea*

nước Italia tlaõ xứ Etruria, có núi Aluernìa, [h] và tlaõ xứ Campania có núi non gần thành Cayeta, có truyen ràng, khi ấy lỏ ra từ đầu núi cho đến chên, mà làm lỗ mlớn, như ràng coi thấy đến nay: [i] lại khi ấy cũ có cái mả mở ra, mà thân xác nhều người thánh có sóũ lại.

[k] đức Chúa Bà Maria là đức Mẹ đòũ thân khi ấy thì ſầu não rứt mực, mà đứng áp cây Crux đức Chúa Ieſu chiụ tội, [l] có lo buồn thế nào, khi thấy một Con mình rứt kính yêu, mà chết làm vậy, ta [m] ſuy chẳng đến, [m] cho nên người cũ đã hấu ſinh thì. [n] Bấy giờ cỡên dữ có đến, mà chạt blái chên hai đứa kẻ tlộm, [o] ſaõ đến cũ đức Chúa Ieſu, khi thấy đã qua đòi, chẳng có chạt blái chên người [p] (vậy thì mlòi tlaõ kinh đức Chúa blòi ra thạt khi ràng chớ có đánh gảy xương xác người,) [q] ſaõ le có một cỡên! [q]

latus

latus eius aperuit: [r] *& continuò exiuit sanguis & aqua, quæ etiam peruenerunt ad oculos militis percutientis:* [f] *& vt scribit Nazianzenus, is cùm antea lippis esset oculis, & ferè cæcus,* [t] *statim visum recuperauit, & corporis, & animæ,* [u] *statim enim Dominum cognoscens, quẽ tam impiè lancea percusserat, doluit valdè,* [x] *veniamque petens illam ita obtinuit, vt posteà Sanctus etiam euaserit.* [y] *Centurio autem custodiẽs audito clamore valido expirantis Domini, dixit:* [z] *Verè hic homo erat Filius Dei;* [a] *& omnis turba eorum, qui aderant, viso terræmotu, & ijs quæ fiebant,* [b] *pœnitentia moti percutientes pectora sua reuertebantur.* [c] *Expedit hoc loco exponere præclaram aliquam Christi Domini, è cruce*

Ngày thứ bảy

tlaõ nó, càm lưỡi đòũ, mà đâm đức Chúa Iesu, [r] mở bên sườn cụt: [r] thoát chóuc thì máu và nước chảy ra, mà đến [f] con mát coên đâm: [f] oũ thánh Nazianzeno chép ràng: cõên ếy tlườc nù con mát lám, đã hầu tối, [t] [t] mà tức thì dược sáng [u] và xác, và linh hồn: [u] vì chưng một chóuc có dìn đức Chúa Iesu, mà lo láng gia giết, vì mình cầm lưỡi đòũ đã đâm [x] dữ làm vậy: [x] có cầu đức Chúa Iesu tha, mà được tha, cho nên, đến sau đã được nên thánh. [y] [y] Cũ có oủ cai một tlam cõên, khi nghe thấy đức Chúa Iesu, đang tlút linh hồn ra, mà kêo cả [z] tiếng, thì xưng ràng: [z] thạt người nầy là Con đức Chúa blời mà chớ. [a] [a] Lại đàn người ta hết có đếy thảy đoủ đến và [b] sự khác lạ, [b] thì ăn năn lại, mà đánh ngực về.

[c] đến nơi nầy thì phải lấy ảnh nào khéo đức Chúa Iesu đáõ đánh tlên cây Crux, mà đam ra cho người

penden-

pendentis effigiem, [d] *cum candelis & odoribus, ſi fieri poteſt,* [e] *& tunc ad præſentes loqui in hunc, aut ſimilem modum.*

[f] *Tu verò quiſquis corde ades, attolle mentis oculos, & in Ieſum Chriſtum Cruci affixum, & exanimẽ quaſi præſentem contemplare.*

[h] *Hic eſt ille, quem Deus, obſeratas à primis parentibus olim paradiſi fores, reſeraturum promiſerat.*

[i] *Hic ille, quem idem Deus antiquis Patriarchis, & Prophetis, humani generis Redemptorem venturum reuelarat:* [l] *hic ille, qui cum eſſet natura Deus impaſſibilis, ſic paſſibilis pro nobis homo fieri voluit,* [m] *qui cùm æternæ ſalutis viam oſtendiſſet,* [n] *maximiſque miraculis cæleſtem, quam prædicabat, doctrinam cõfirmaſſet;* [o] *proprij ſanguinis effuſione Patri pro noſtris ſatisfaciens delictis,*

[d] ta xem, [d] có dẽọn cái nến, và cái hương, thì

[e] mới tốt, [e] mà khuyen người ta có đến làm chệy, hay là thế như ếy.

[f] [f] Ai nếy có í đây, hãy ngửa con mát linh hồn

[g] lên, [g] mà ngắm đức Chúa Ieſu, như bàng còn tlước mạt ta, đáõ đánh tlên cây Crúx mà chịu tội

[h] chịu chết làm chệy. [h] Nây là người, đức Chúa blời đã phán nói hứa đời tlước, sẽ mở ra cửa thien đàng, tổ tứ ta khỏõ xưa đã đáõ lại. [i]

[i] Nây là người, đức Chúa blời đã truyền cho thánh đời xưa có chịu sấm truyền, ngày sau đến kóu lỏài người ta. [l] Nây là

[l] người, thạt là đức Chúa blời, tự nhyen chẳng chịu đượ̣c đí gì, vì chúng tôi đã chọn làm Con người, mà chịu nạn làm chệy, [m] khi đã mở đàng cho ta

[m] đượ̣c chui chể vo cử, [n] lại

[n] làm phép rứt mlón, cho người ta tin thạt mlời mình giảng: [o] sau thì dỗ mậu mình ra, mà đền tội chúng tôi cử đức Cha,

p *ignominioſiſſimæ mortis tolerantia, ad æternam vitam nobis aditum reſerauit.* q *Hic vnicus hominũ Redemptor & Saluator,* r *ſine cuius ope, veram conſequi ſalutem animæ nemo poteſt,* f *ideò hunc ab omnibus agnoſci cupimus,* t *& gentibus omnibus, quantum vires ferunt, prædicamus.* u *Tu ergo ſi mente polles, & ea quæ huc vſque diximus, non ſurdis auribus audiſti;* x *agnoſce immenſam Redemptoris tui benignitatem,* y *qui cùm nullis hominum bonis indigeret,* z *pro noſtra tamen ſalute tantopere laborauit,* a *qui cùm cæli terræque verus Dominus ſit,* b *vt nos ingratiſſimos ſeruos redimeret, tot dolores, tot cruciatus, tot ignominias tam atrox ſupplicium ſubire voluit.* c *Intuere cæli Dominum Redemptorem tuũ, pro te in patibulo pendentem,*

p p chịu chết rứt xấu hổ, mà, mở cửa cho ta đượ-
q ợc hàng ſóũ ḉệy: q ấy là một Chúa chuộc kẻ-u
r lõài người ta, r mà ḉi bàng chẳng có giúp ſức cho ta, chẳng có ai chịu đượ-c rồi thạt linh hồn:
f f vì ḉệy chúng tôi ước
t cho thien hạ đìn lấy, t mà vì ſự ấy chúng tôi giảng ra hết ſức, cho các
u nước hay. u ấy ḉệy mà nếu bạu hay ſuy mlẽ, nếu có nghe mlời giảng, từ-
x tlước đến nay, mà chẳng x tai điếc; x thì nhìn lấy nhin lành vô cũ đức
y Chúa leſu, kẻ-u bạu, y
z dầu người chẳng có dữ
a gì lõài người ta, z ſaõ
b le đã chịu khốn khó chừng ấy, cho ta đượ-c
a rồi: a dầu làm thạt Chúa
b blời đến, b có chịu đau, chịu hình, chịu xấu hổ chừng ấy, mà lại chịu
c đáõ đanh khốn nạn lạm ḉệy cho ta, là tôi tá phàm hèn, vo phét, chẳng
c hay ơn, mà chuộc chúng tôi. c Hãy xem đức Chúa blời chuộc tội cho bạu, mà bẽo tlên cây Crux,

tem,

tem, & membris omnibus lacerum: [d] cerne manus innoxias miraculorum operatrices largo manantes sanguine: [e] vide Sanctissimos pedes, te ad æternam salutem quærendo defessos, diris confixos clauis: [f] attende Diuinum latus crudeli perfossum lancea: [g] spectа totius elegantiæ vultum, sanguine sputisque opertum; [h] & serenissimã quondam frontem spineo serto cruentatam. [i] Considera nobilissimum Principem in ipso iuuentutis flore, ceruice deflexa, [l] ignominiosissimam pro te resolutum in mortem. [m] Et quando vicem tantis beneficijs rependere non vales, [n] agnosce saltem immensam illius erga te charitatem, [o] fusisque ex intimo cordis sensu lacrymis, [p] tuæ erga illum compassionis, & grati animi signum exhibe. [q] En ipsi, qui Redemptorem tuum

cả và mình nát: [d] hãy coi tay thánh, chẳng hay làm sự gì lỗy, mà hay làm phép nhiều, bây giờ chảy máu ràõ ràõ: [e] hãy xem chân rứt thánh, khi tìm bạu, cho được rồi vô cữ, thì nhạoc, mà bây giờ chịu đáõ đanh khốn lám. [f] Hãy coi sườn đức Chúa blời, có lưỡi đòũ dữ đâm đẽào: [g] hãy ngãm mạt xưa gồm mọi sự tốt lành, mà bây giờ máu, cữ đàm giở thi che hết: [h] và tlán xưa rứt đui, những gai thâu đẽào, cho nên chảy máu ra. [i] Hãy suy, hãy xét Chúa rứt sang, rứt traõ, khi đang thì nên ngườ̀i, côi có xưống đâu, [l] mà chịu chết rứt xấu hổ vì bạu. [m] Khi bạu chẳng hay blả on cả làm đẽy cho nên, [n] ít là nhìn lẽy làõ đức Chúa Iesu yêu bạu chẳng cữ, [o] mà khi bạu chảy nước mắt, bồi làõ lo lám, [p] thì làm dễ âu có làõ thưâng, và hay ơn đẽy. [q] Ey là kẻ tlước đã hủy bàng đức Chúa Iesu,

ſuerant perſecuti; [r] *in illius morte triſtantur, & pectora percutiunt;* [f] *ſurgunt ad compatiendum morienti Ieſu mortui,* [t] *& res ipſæ inanimes in Domini obitu inuſitatas doloris ſignificationes edunt:* [u] *& tu qui ratione polles, pro quo Saluator pendet in ligno,* [x] *tam durus eris ac ferreus, vt non ſoluaris totus in lacrymas?* [y] *nõn liqueſias in gemitus? non totus in tantæ charitatis amorem, & gratitudinem accendaris?* [z] *Sic igitur alloqueris pïſſimum Dominum,* [a] *Saluatorem amantiſſimũ in Cruce pro te pendentem.* [b] *Aue Rex meus, & Saluator meus pïſſime,* [c] *tu tu ſolus meos es miſeratus errores,* [d] *æterno Patri obediens, vſque ad mortem, mortem autem Crucis;* [e] *gratias tibi ago, quas poſſum licet exiles,* [f] *pro tot*

Ngày thứ bảy

[r] chụôc tội bạu, [r] khi đã thấy chết, thì lo láng mà đánh ngực. [f] Lại kẻ đã chết thì lóũ lại, mà thưâng xót đức Chúa Ieſu chiụ chết [t] làm chệy. [u] mà bạu là kẻ biét mlẽ, mà đức Chúa Ieſu kó-u bạu, ở bêu tlên [x] cây. [x] Sao bạu kứnh lãõ bàng săt chệy, mà chẳng chảy nước mạt rãõ rãõ, [y] [y] ſao chẳng kháoc láoc, mà thưâng xót, kính mến, cám ơn đức Chúa Ieſu hét lãõ hết ſức chệy? [z] [z] nhin vì ſự ếy bạu thì phải lếy mlòi làm chệy, mà cầu cữ đức Chúa [a] Ieſu rứt nhin, [a] rứt yêu và kó-u thế, ở bêu tlên Crux vì bạu.

[b] [b] Tôi lại đức Chúa Ieſu, là chua Chúa tôi, nhin [c] lành mà kó-u tôi, [c] có môt đức Chúa Ieſu, lãõ thưâng tôi, [d] mà chiụ lụy đức Cha, hàng có chệy, cho đến chiụ chết, mà chết tlên cây Crux: [e] tôi cám ơn đức Chúa Ieſu hết lãõ, dầu hèn, [f] vì đức Chúa Ieſu

exantla-

exantlatis laboribus, ac doloribus pro ſalute mea, [g] *doleo ex toto corde, quod hactenus infinitam Maieſtatem tuam, tam impiè ingratus offenderim,* [h] *doleo quod hactenus tibi, vt debebã, non ſeruierim,* [i] *& quod potius inimicis tuis obtẽperauerim intimè doleo,* [k] *Vtinam te nunquã offendiſſem Domine mi amãtiſſime;* [l] *vtinam ſemper mandatis tuis obtemperaſſem Pater ſuauiſſime.* [m] *ſed quia quæ iam ſunt præterita in mea poteſtate non ſunt;* [n] *firmiter ſtatuo in poſterum tibi ex toto corde ſeruire,* [o] *mandatiſque tuis ex totis viribus obedire, vſque ad vitæ huius exitum.* [p] *Abrenuntio itaque idolis vaniſſimis,* [q] *& ſectis omnibus diabolicis, quibus hactenus ſtultè adhæſi,* [r] *& te verum Deum meum, pro me in Cruce*

đã chịu bấy nhêu sự khốn khó, cho tôi được lành: [g] tôi lo buồn hết lắm, vì tôi phàm hèn, chẳng hay nghĩa, từ trước đến nay, đã phạm tội lỗy cũ đức Chúa blời, trạo vo cữ: [h] tôi ăn năm sầu não, vì tôi xưa nay chẳng có dưng phép đức Chúa blời như phải mlẽ, [i] mà lại tôi đã nghe những ỏan gia đức Chúa blời, tôi càng lo buồn tlaõ lào tôi: [k] chớ gì tôi chẳng có khi nào lỗi nghĩa cữ Chúa tôi, là rứt nhin: [l] chớ gì tôi có giữ lien mlời răn đức Chúa Iesu, là Cha tôi rứt lành: [m] saõ le vì sự đã qua chẳng còn có ở mạc lào toi: [n] tôi doục một lào, từ nầy về sau, phục đức Chúa Iesu hết lào, [o] và dưng mlời đức Chúa Iesu răn, cho đến khi hết hơi. [p] vì bẹy tôi bó hết bụt đi, là những khoũ dối, [q] và mọi đạo quỉ, toi dại xưa nay đã theo: [r] mà tôi lại đức Chúa Iesu, thạt là đức Chúa blời, cữ là Chúa tôi,

paſſum,

paſſum, & mortuum adoro, [f] *& benedico in ſæcula ſæculorum, Amen.*

[t] *Cùm Chriſtus Dominus in Cruce mortuus eſt,* [u] *nõ quidem vt Deus, ſed vt homo,* [x] *eius anima Sanctiſſima eſt à corpore ita ſeparata,* [y] *vt tamen tam anima, quàm corpus, ſemper fuerint vnita Diuinæ Perſonæ filij,* [z] *quod enim Filius Dei ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit.* [a] *Sed ſicuti ſi quis è vagina gladium educat, dextera gladium tenet, ſiniſtra vaginam:* [b] *ſic Diuina Chriſti perſona,* [c] *Sanctiſſimam ſuam animam educens è corpore,* [d] *cùm Sanctiſſimam animam, tùm corpus Sacratiſſimum, ſibi ſemper hypoſtaticè vnita retinuit, nec vnquam dimiſit:* [e] *ſed cùm Sanctiſſimum eius corpus adhùc in Cruce pendet mortuum,* [f] *Anima Beatiſſima in in-*

Ngày thứ bảy

đã chịu tội, chịu chết [f] tlên cây Crux vì tôi, tôi ước đức Chúa Ieſu cả ſáng đời đời chẳng hề.

[t] Khi đức Chúa Ieſu tlên cây Crux đã chịu chết, [u] chẳng phải tính đức Chúa blời chịu chết, that là tính người mà chớ, [x] vì rứt thánh linh hồn [y] ra khỏi xác; [y] ſaõ le và linh hồn, và xác chảnh có lìa ngôi thứ hai, là đức Con đức Chúa blời: [z] vì chưng đức Con đức Chúa blời, có lấy gì một lần, chẳng [a] có bỏ nữa. [a] Như thể có ai rút gươm ra, tay mạt cầm gươm, tay tlái [b] cầm bỏ gươm: [b] ngôi thứ hai đức Chúa blời, là ngôi đức Chúa Ieſu cũ [c] như chẳng hề: [c] vì chưng khi đam rứt thánh linh hồn mình ra khỏi xác: [d] và cầm rứt thánh linh hồn, và rứt thánh xác, còn dính lấy làm một bởi ngôi thứ hai lien, [e] mà chẳng có khi naò bỏ. [e] Saõ khi rứt thánh xác đức Chúa Ieſu còn ở bêu tlên cây Crux chết chẳng, [f] linh

ſernum

fernum deſcendit; [g] *at quatuor ant Inferorum loca.* [h] *Profundiſſimus omnium eſt diaboli, & eius angelorum locus,* [i] *ibi eſt ignis æternus, in quo plectuntur, tam dæmones, quam damnatorum animæ, cruciatibus æternis,* [l] *nam vermis eorum non moritur,* [m] *nec ignis extinguitur in æternum.* [n] *Supra illum locum ſunt purgatoriæ flammæ,* [o] *in quibus purgantur animæ iuſtorum.* [p] *qui nondum plenè pro peccatis remiſſis ſatisfecerunt, in hac vita.* [q] *Tertius eſt infantium carcer,* [r] *qui ſcilicet ex hac vita, cum peccato originali migrarunt, & in tenebris detinentur,* [ſ] *non tamen cruciantur igne, aut alijs tormentis,* [t] *quia nullum habent peccatum actuale, quod nimirum ipſi cõmiſerint,* [u] *ſed ſolum originale peccatum, quod ab Adamo traxerunt.* [x] *Quartus denique locus eſt Sanctorum Patrum Limbus,*

hồn rứt chui chế người thì xuống địa ngục. [g] Mà tlaõ địa ngục thì có bốn chốn. [h] Nơi rùt sâu, là ngục ma quỉ, và các thiên thần bạn nó, [i] đẽy có lửa đời đời, phạt và các quỉ, và các linh hồn dữ, chịu hình lửả đời đời chệy, [l] vì cái sâu, cán ruột chúng nó, chẳng hay chết, [m] và lửả đốt lien, chẳng hay tát đời đời. [n] Tlên nơi ẽy thì có lửả giảy tội, [o] tlaõ ẽy có giảy linh hồn người lành, [p] khi chứa có blả cho hết nợ tội mình, khi còn sóũ ở thế nẫy, dầu đã chịu tha vạ vô cử. [q] Nơi thứ ba là ngục con tlẻ nhỏ, [r] đã qua đời, kia hãy còn có tội tổ tũ ta truyền cho, mà ở chốn tối tam chệy, [ſ] saõ le chẳng có phải chịu lửả hay là hình khác; [t] vì chẳng có tội gì mình lam, [u] saõ có một tội oũ Adam truyền cho. [x] Nơi thứ bốn tlên hết, là chốn

; &

y & hic erat etiam carcer, y in quo ſcilicet iuſtorum omnium animæ detinebãtur, z ab orbe condito, z vſque ad pretioſiſſimam Chriſti Domini mortem, a quamuis à peccatis immunes, in eo tamen loco ſubterraneo erant, tanquã in cuſtodia, b donec Saluator noſter Chriſtus Dominus, c per mortem ſuam pretioſiſſimam, & Diuinum ſanguinem, d pro peccatis omnibus plenè ſatisfeciſſet.

c Igitur Sanctiſſima Criſti Anima, f ſtatim atque fuit à corpore ſeparata, in hunc quartum, ideſt ſupremum inferni locnm deſcendit, g eòque Sanctorum Angelorum copijs ſtipata ſe contulit, h & quia Sanctiſſima illa anima, i Diuinitati, vt diximus, vnita erat, k limbi locum ingrediens, non ſolum illum cæleſti luce, incredibilique gaudio compleuit, l ſed etiã

